Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187669-p0001-2

Q. XVII, 382a

(Kat. S. 19b)
(Acc. J. 1882/83: No. 3387)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187669-p0004-9

BATPAXOMYOMAXIA,

HOMERI POËMA FESTIVVM ET ELEGANS DE RANARVM CVM MVRIBVS PVGNA,

A

LEONHARTO LYCIO

NVPER EMENDATIVS EDITVM, ET ANNOTATIONIBVS ILLVSTRATUM, nunc ab eodem recognitum, & perpurgatum.

ACCESSERVNT PHILIPPI MELANCHTHONIS & Heinrici Stephani annotationes quædam,

ET

SIMONIS LEMNII CONVERSIO VERSIBVS HEROICIS expressa.

3387

LIPSIAE

CVM PRIVILEGIO CAESAREO.

AD SCHOLASTICOS.

Non Momi moror improbos cachinnos,
Dum prosit modo nostra opella vobis,
Dilecti pueri: quod opto: Musis
Bonis, omine, quos bono dicatos
Par est ac decet, vtriusq; linguæ
Bonis litterulis statim erudiri
Annis à teneris, scientiaque
Bonarum institui artium atq; rerum,
Ad vitam sapienter & modeste
In sancta pietate transigendam.
Vobis ergo aliquantum opella nostra
Si prodest, nihil est, magis quod opto,
Nec Momi moror improbos cachinnos.

BIBLIOTHECA
PONTIFICIA

LEONHARTVS LYCIVS NOHAE ET CHRISTIANO, AMPLISSIMI DOMINI HIERONYmi Kyſenuuetteri, Princip. Elect. Saxon. Cancellarij &c. FF. bonæ indolis, & eximiæ ſpei adoleſcentib. S. D.

CVM TYPOGRAPHVS NOSTER NVPER mihi ſignificaſſet, ſe in animo habere rurſum exprimere Homericum poëma, annis ab hinc ampliustrib. emendatum à me, atque annotationibus illuſtratum, quod à Græcæ linguæ ſtudioſis iamdiu exemplaria requirerentur: viſum fuit ſumma cura recognoſcere, quæ fuiſſent ante à me edita, eaq; & limare politius, & augere cumulatius, præſertim cum eam ad rem nonnihil mihi ſuppeteret adiumenti. Nam ad codices calamo exaratos duos, quos ſuperiore etiam tempore inſpicere mihi licuit atque conſulere, quorum alterum Clariſs. vir Ioachimus Camerarius, præceptor meus in parentis mihi loco colendus, alterum bibliotheca Academiæ noſtræ Paulina mihi ſuppeditauit, commodum acceſsit hoc tempore exemplum, ſingulari ſtudio ab Heinrico Stephano excuſum, vt, quoad eius facere poſſem, carmen elegantiſs. à mendis vindicaretur, & purum putumque, vt dicitur, in publicum emitteretur. Quæ vero iam antea ad poëma iſtud annotaram, ea & ipſa inter recognoſcendum tum politiora, tum pleniora euaſerunt, vt ſolent δευτέραι φροντίδες εἶναι σοφώτε-

φώτεραι, vt talis iam prodeat hæc opella, quæ ad ſtudia iuuanda promouendoſq; conatus eorum, qui linguæ Græcæ operam dare volent, eamq; diſcere incipient, non parum momenti atq; commodi afferre poſſe videatur. Ac de eo quidem, quod eſt à me præſtitum, alij, vt par eſt, iudicabunt. Meus certe conatus is fuit, qui non poterit improbari. Voluntas autem ea, quæ laudari quoque debeat, cui in hac ſtudiorum humilitate libenter & cupide verſanti vnum hoc eſt propoſitum, vt à ſe quoque adiumenta & quaſi inſtrumenta aliqua ad liberalem rudioris ætatis inſtitutionem pertinentia comparentur. Iſtud autem poëma vtile eſſe, & perquam accommodatum inſtitutioni eorum, quos Græci ſermonis cognitione imbui volumus, atque erudiri ad omnem liberalem doctrinam feliciter percipiendam, τὸ αὐτὸ, quod dicitur, σημανεῖ. Nam & argumenti lepore atque feſtiuitate, & expoſitionis concinnitate atque dulcedine ita eſt conditum, vt & retinere alacres in officio diſcipulos, & Græcarum literarum amorem quendam in animis eorum excitare poſſit. Iam de vtilibus & ſalutaribus ſubiectionibus quid dicam? quibus delitescentibus illis quidem in ijs, quas ἀλληγορίας & ὑπονοίας Græci vocant, ſed oſtendentibus tamen ſeſe lectori attento & perſpicaci: talibus igitur ſubiectionibus & commonefactionibus ita eſt ornatum atque refertum, vt vitæ ac morum inſtitutionem atque diſciplinam adiuuare prouchereq; poſſit. Nam vt eam tantum attingam hoc loco, quæ tanquam nitidiſſima gemma præ alijs fulget, cum ea ſit,

ad cu-

ad cuius declarationem argumenti tractatio, vt ad scopum, est directa, Quam præclare atque luculente hoc monstratur? Solere Deum seuere animaduertere in seditionum & discordiarum autores, & pœnas graues iustasque ab ijs repetere, qui pacis & concordiæ bonum generi hominum salutare, sua importunitate & audacia violant atque imminuunt. Quæ sententia cum testibus omnium temporum historijs comprobetur atque confirmetur, voluit eam sapientiss. poëta lib. IX. de euerso Ilio tribuere Nestori, tertiam iam ætatem hominum viuenti, à quo hunc ad modum pronuntiaretur:

ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
ὃς πολέμου ἔραται ἀπιδημίου ὀκρυόεντος, *id est:*
Exulat ille tribu, foro, domo repulsus,
Qui ciues inter molitur atrocia bella.

De qua sententia differere hoc loco superuacaneum videri possit. Visum autem mihi fuit hanc opellam multis locis à me ex autoritate veterum codicum emendatam, & scholijs fortasse non inutilibus explanatã, paruam illam quidem, sed vt gemma parua est, quæ magni æstimatur, ita in publicum emittere, vt vobis peculiariter donarem atque dedicarem, Noha & Christiane Kyssenuuetteri, quos cum amplis. vir, pater vester, Academiæ nostræ ex animo amicus, vereq; beneuolus ac fidelis, curet apud nos bonis artibus & disciplinis institui, par est, vel potius officium à nobis flagitat, qui publicæ & ordinariæ doctrinæ sumus præfecti, vt ad institutionem vestram aliquid quasi contribuamus, & hanc gratiam de-

am debitam ſingulari perpetuoque patris veſtri ſtudio in noſtram Rempub. vobis libenter perſoluamus. Cumque in hac ſcolaſtica palæſtra liberalibus ſtudijs & exercitationibus erudiamini & inſtruamini ad Rempub. aliquando capeſsendam, opera nimirum & nobis & vero etiam vobis danda eſt, vt opt. rerum & artium ſcientia ſatis inſtructi atque ornati ad eam accedentes, alijs in rerum magnarum adminiſtratione virtutis & ſapientiæ lumen præferatis. Ac de veſtro quidem in diſcendo progreſſu mediocris iam ſpes oſtenditur parenti, & magiſtro domeſtico veſtro, poſtquam ingreſſi piorum & liberalium ſtudiorum curriculum cœpiſtis ſatis bene currere: quam de vobis ſpem vt deinceps confirmetis, debebitis ſumma animi contentione progredi, & ſecundum præceptum Ariſtotelicum, τοὺς προέχοντας διώκοντες, μὴ αἰναμένους τοὺς ὑστεροῦντας. Quod vt faciatis, cum alia ſtimulare vos debent, atque excitare, tum amplitudo & dignitas patris veſtri, cuius pietatis, virtutis, ſapientiæ decet vos eſſe æmulos atque imitatores. Ego vero etiam libelli huius dedicatione, quem ſcirem in manibus plurimorum verſaturum eſſe, celebrare nomen veſtrum volui, vt quaſi calcar vobis adhiberem, & currentes, quod aiunt, incitarem ad proſequendum alacrius incoatum curſum. Neque mihi dubium eſt, quin voluntatem erga vos noſtram & hoc ſtudium ſitis probaturi, atque operam daturi, vt opuſculum noſtrum profuiſſe ſtudijs veſtris intelligamus. Ieſus Chriſtus piorum & libera-

beralium ſtudiorum autor, conſeruator, propagator, conſeruet vos incolumes, & aſſit inſtitutioni veſtræ, faciatq; vos σκόλη ἐλέους, Eccleſiæ Chriſti & Reipub. vobiſque ipſis ſalutaria. Lipſ. ex colleg. Principip. minore. Anno à ſalute generi hominum data M. D. X L X. Menſe Aprili.

8

PHILIP. MELANCH.

Mus breuis, & ſaliens in gurgite Rana paluſtri,
Dum nulla cauſſa prælia ſtulta cient:
Fulmineo, pugnas, Iouis ira, fragore diremit,
Et tandem fugiens agmen vtrung; perit.
Sic modo dira ſerunt ex bellis bella, tyranni,
Nec res, ſed cœcos armat vtring; furor.
Peſtiferig; magis Thebana Sphinge ſophiſtæ
Verba venenato friuola felle limunt.
Aſpicit hæc vindex oculis Deus omnia iuſtis,
Nec graue cum ſparget fulmen, inermis erit.
Gnate Dei, bonitate tua mala tanta leuato,
Et ſerues cœtus, Chriſte, regas; pios.

JOACH. CAMERA.

Ηρώων παναρηϊφίλων πολεμόκλονον ἄτην
δήρει ἐν ἀντιμάχῳ σφᾶς ἐναριζομένων
ὠκυπόδων τε μυῶν ποτε, καὶ βατράχων ἐρικρακτῶν,
ὅττ' ἐπ' ἀοιδὸς ὀπὸς χῖος ἄϊε θεῶν.
αὐτὸς ὁδ' ἐν μυσῶν γράψας δέλτοις ἐρατειναῖς,
λεῖφ' ὑποδεῖγμ' εἶναι τῆς ἰδίης σοφίης,
κρυπτομένης χρηστῶν γνώμῃσ' ἔντοσθ' ὑπονοιῶν,
ὧντ' ἐστ' ὠφελίμων ἔργα παραινέσεων.
ταῦτ' ἰάδος μετὰ νῦν λύκιος γλώσσης ἄπ' ἔφρασσε
εἶν' ἐπιτήδειον παισὶν ἄθυρμα νέοις.
ἴσως δ' ἡλικίῃ τίς' ἐνταυθοῖ προβεβηκὼς
εὑρήσει σπουδαῖς λυσιτελοῦν σφετέραις.
ὅστις δ' οὖν ἀναγινώσκων τάδε παίγνια μυσῶν
αἴσθηταί τι καλὸν κεῖθε πορισσάμενος,
ἕξει δὴ λυκίῳ χάριν, ὃς νῦν ἐξεπόνησεν
ὡς πολὺ πάντ' ἄρ ἔχειν βέλτιον ἢ πρότερον.

ΟΜΗΡΟΥ ΒΑΤΡΑΧΟ-ΜΥΟΜΑΧΙΑ.

Ἀρχόμεν᾽, πρῶτον, μυσῶν χορὸν ἐξ ἐλικῶν᾽
ἐλθεῖν εἰς ἐμὸν ἦτορ ἐπεύχομαι, εἵνεκ᾽ ἀοιδῆς:
ἣν νέον ἐν δέλτοισιν ἐμοῖς ὀπὶ γύναστι θῆκα
δῆριν ἀπφρεσίλω, πολεμόκλονον ἔργον ἄρη᾽,
ὐχόμεν᾽ μερόπεσσιν ἐς ὔατα πᾶσι βαλέσθαι,
πῶς μύες ἐν βατράχοισιν ἀριστεύσαντες ἔδησαν,
γηγυέων ἀνδρῶν μιμήμενοι ἔργα γιγαάντων,
ὡς λόγ᾽ ἐν θνητοῖσιν ἔλω. τοίλω δ᾽ ἔχεν ἀρχλύ.

Μῦς ποτὲ δι ψαλέ᾽ γαλέης κίνδυνον ἀλύξας,
πλησίον ἐν λίμνῃ ἁπαλὸν προσέθηκε γνάθον,
ὕδατι τερπόμεν᾽ μελιηδέϊ. τὸν δὲ κατεῖδε
λιμνόχαρις, πολύφημ᾽, ἔπ᾽ δ᾽ ἐφθέγξατο τοῖον:
ξεῖνε τίς εἰ; πόθεν ἦλθες ἐπ᾽ ἠόνα; τίς δέ σ᾽ ὁ φύσας;
πάντα δ᾽ ἀληθεύσον, μὴ ψευδόμενόν σε νοήσω.
εἰ γάρ σε γνοίλω φίλον ἄξιον, ἐς δόμον ἄξω,
δῶρα δέ τοι δώσω ξεινήια πολλὰ καὶ ἐσθλά.
εἰμὶ δ᾽ ἐγὼ βασιλεὺς Φυσίγναθ᾽, ὃς κατὰ λίμνλω
τιμῶμαι, βατράχων ἡγέμεν᾽ ἤματα πάντα.
καί με πατὴρ πηλεύς ποτε γείνατο, ὑδρομεδέσῃ
μιχθεὶς ἐν φιλότητι παρ᾽ ὄχθας ἠριδανοῖο.
καί σε δ᾽ ὁρῶ καλόντε καὶ ἄλκιμον ἔξοχον ἄλλων,
σκηπτοῦχον βασιλῆα, καὶ ἐν πολέμοισι μαχητλὼ
ἔμμεναι. ἀλλ᾽ ἄγε θᾶσον ἐλώ γνελὼ ἀγόρευε.

Τὸν δ᾽ αὖ ψιχάρπαξ ἠμείβετο, φώνησέν τε.
τίπτε γνώ᾽ τὰμὸν ζητεῖς, φίλε, δῆλον ἅπασιν
ἀνθρώποις τε, θεοῖς τε, καὶ ἀρανίοις πετεηνοῖς;
ψιχάρπαξ μὲν ἐγὼ κικλήσκομαι. εἰμὶ δὲ κῆρ᾽

πρωξάρταο

HOMERI POEMA DE RANARVM CVM MVRIBVS PVGNA.

ORdiens, primum, Musarum chorum ex Helicone
Venire in meum cor exopto, gratia carminis:
Quam nuper in tabellis meis genibus imposui
Pugnam immensam, bellistrepum opus Martis,
Cupiens hominibus in aures omnibus mittere,
Quomodo mures ranas strenue se gerendo aggressi sint,
Terrigenarum virorum imitantes facinora Gigantum.
Vt sermo inter mortales erat. tale autem habuit principium.
Mus olim sitibundus, mustelæ periculum cum euitasset,
Propinquæ paludi tenerum immisit mentum
Aqua se oblectans mellita. Hunc autem conspexit
Palude gaudens, garrulus, verbumq; locutus est tale:
Hospes, quis es? vnde venisti in littus? ecquis te procreauit?
Omnia autem vere dicito, ne mentiri te sentiam.
Si enim te nouero amicum dignum, domum deducam,
Muneraq; tibi dabo hospitalia multa, & præclara.
Sum autem ego rex Physignathus, qui per paludem
Color, ranis imperans diebus omnibus.
Et me pater Peleus olim genuit, Hydromeduse
Mixtus in amore iuxta ripas Eridani
Sed & te video præstantemq; & robustum præ alijs,
Sceptrigerum regem, & in bellis pugnatorem
Esse. Sed age ocius tuum genus narra.
Huic autem contra Psicharpax respondit, dixitq;
Quidnam genus meum quæris, amice, notum vniuersis
Hominibusq; Dijsq;, & cœlestibus volucribus?
Psicharpax ego vocor. sum autem filius

τρωξάρταο πατρὸς μεγαλήτορ, ἡ δέ νυ μητὴρ
λφχομύλη θυγάτηρ πλερνοτρώκτα βασιλῆος.
γνάπτο δ' ἐν καλύβῃ με, καὶ ἐξεθρέψαρο βρωτοῖς,
σύκοις καὶ καρύοις, καὶ ἐδέσμασι παντοδαποῖσι.
πῶς ἢ φίλον ποιῇ με, τ εἰς φύσιν ἀδὲν ὁμοῖον;
σοὶ μὲν γὰ βίος ἐστὶν ἐν ὕδασιν. αὐτὰρ ἔμοιγε,
ὅσα πάρ' ἀνθρώποις, τρώγλη ἔθος. ἀδέ με λήθλ
ἄρτος τρισκοπάνις ἐπ' ὀὐκύκλα ναιέοιο.
ἀ ἢ πλακὸς ταύπεπλος ἔχων πολὺ σησαμότυρον,
ἀ τόμος ἐκ πέρνης, ἀχ ἤπατα λευκοχίτωνα,
ἀ τυρὸς νεόπηκτος ἀπὸ γλυκεροῖο γάλακτος,
ἀ χρηστὸν μελίτωμα, τὸ καὶ μάκαρες ποθέασιν,
ἀδ' ὅσα πρὸς θοίνας μερόπων τεύχασι μάγλροι,
κοσμοῦντες χύτρας ἀρτύμασι παντοδαποῖσιν.
ἀδέποτ' ἐκ πολέμοιο κακὴν ἀπέφυγον ἀϋτλήν,
ἀλλ' ἀθὺς μετὰ μῶλον ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθην.
ἀ δεδὶ ἄνθρωπον καίπερ μέγα σῶμα φορεῦντα.
ἀλλ' ὑπὸ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον καταδάκνω,
καὶ πέρνης λαβόμην, καὶ ἀ πόνος ἔκανεν ἄνδρα,
νήδυμος ἀκ ἀπέφυγλ ὕπνος δάκνοντος ἐμοῖο.
ἀλλὰ δύω μάλα πάντα τὰ δείδια πᾶσαν ἐπ' αἶαν,
κίρκον καὶ γαλέην, ὅι μοι μέγα πένθος ἄγεσιν,
καὶ παγίδα σονόεσσαν, ὅπα δολόεις πέλε πότμος.
πολεῖσον δὴ γαλέην περιδείδια, ἤτις ἀρίστη,
ἢ καὶ τρωγλοδυνόντα κατὰ τρώγλην ἐρεείνλ.
ἀ τρώγω ῥαφανίδας, ἀ κράμβας, ἀ κολοκυνθας,
ἀ τεύτλοις χλωροῖς ἐπιβόσκομαι, ἀ ἢ σελίνοις.
ταῦτα γὰ ὑμέτερ' ἐστὶν ἐδέσματα, τ κατὰ λίμνλν.
πρὸς τάδε μλδήσας φυσίγναθος αὐτίον ἤυδα.
ξεῖνε λίλν αὐχεῖς ἐπὶ γαστέρι. ἐσὶ καὶ ἡμῖν

πολλὰ

Troxartæ patris magnanimi. mater vero
Lichomyle filia Pternotroctæ regis.
Genuit autem in tugurio me, & enutrijt cibis,
Ficubus & nucibus & edulijs varijs.
Quomodo autem amicum facias me, natura neutiquam simi-
Tibi enim vita est in aquis: sed mihi, (lem?
Quæcunq; suppetunt hominibus, rodere consuetudo. Neq; me
Panis bene coctus in rotunda cista, (latet
Neq; placenta lacinioſa, habens multum sesamini caſei,
Non particula de perna, non iecora alba tunica circundata,
Non caseus recens pressus ex dulci lacte,
Non bona ex melle placenta, quam & beati desiderant,
Neq; quæcunq; ad epulas hominum parant coqui,
Instruentes ollas condimentis varijs.
Nunquam ex bello malam effugi pugnam:
Sed recta prælium iniens primis pugnatoribus mixtus sum.
Non metuo hominem quamuis magnum corpus habentem:
Sed ad lectum iens summum digitum admordeo,
Et calcaneo prehendi, & dolor non inuasit virum.
Profundus non aufugit somnus, mordente me,
Verum duo valde omnino metuo, omnem super terram,
Circum & mustelam, qui mihi magnum luctum ferunt,
Et tendiculam lamentabilem, vbi doloſa est mors.
Plurimũ sane mustelã extimesco, quæcunq; est præstantiſsima,
Quæ etiam cauernam subeuntem, iuxta cauernam quæritat.
Non comedo raphanos, non crambas, non cucurbitas.
Non betis viridibus pascor, neq; apijs.
Hæc enim vestra sunt edulia, quæ paludem incolitis.
Ad hæc subridens Physignathus contra dixit:
Hospes, nimis gloriaris ob ventrem. Sunt & nobis

Multa

πολλὰ μάλ' ἐν λίμνῃ, καὶ ἐπὶ χθονὶ θαύματ' ἰδέσθαι.
ἀμφίβιον γὰρ ἔδωκε νομὴν βατράχοισι κρονίων,
σκιρτῆσαι κατὰ γῆν, καὶ ἐφ' ὕδασι σῶμα καλύψαι,
στοιχείοισι δυσὶν μεμερισμένα δώματα ναίειν.
εἰδ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, εὐχερές ἐστι.
βαῖνέ μοι ἐν νώτοισι, κράτει δέ με, μήποτ' ὄληαι,
ὅππως γηθόσυνος τὴν ἐμὸν δόμον εἰσαφίκῃαι.
ὡς ἄρ' ἔφη, καὶ νῶτ' ἐδίδου. ὁδ' ἔβαινε τάχιστα
χεῖρας ἔχων ἁπαλοῖο κατ' αὐχένος, ἅλματι κούφῳ.
καὶ τὸ πρῶτον ἔχαιρεν, ὅτ' ἔβλεπε γείτονας ὅρμους,
νήξει τερπόμενος φυσιγνάθου: ἀλλ' ὅτε δή ῥα
κύμασι πορφυρέοις ἐπεκλύζετο, πολλὰ δακρύων
ἄχρηστον μετάνοιαν ἐμέμφετο, τίλλε δὲ χαίτας,
καὶ πόδας ἔσφιγγεν κατὰ γαστέρος, ἐν δὲ οἱ ἦτορ
πάλλετ' ἀηθείῃ, καὶ ἐπὶ χθόνα βούλεθ' ἱκέσθαι.
δεινὰ δ' ἐπεστονάχιζε, φόβου κρυόεντος ἀνάγκῃ.
ὕδρος δ' ἐξαπίνης ἀνεφαίνετο, δεινὸν ὅραμα
ἀμφοτέροις, ὀρθὸν δ' ὕπερ ὕδατος εἶχε τράχηλον.
τοῦτον ἰδὼν κατέδυ φυσίγναθος, οὔ τι νοήσας
οἷον ἑταῖρον ἔμελλεν ἀπολλύμενον καταλείπειν.
δῦ δὲ βάθος λίμνης, καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν.
κεῖνος δ' ὡς ἀφέθη, πέσεν ὕπτιος εὐθὺς ἐφ' ὕδωρ,
χεῖρας δ' ἔσφιγγεν, καὶ ἀπολλύμενος κατέτριζε.
πολλάκι μὲν κατέδυνεν ἐφ' ὕδατι, πολλάκι δ' αὖτε
λακτίζων ἀνέδυνε. μόρον δ' οὐκ ἦν ὑπαλύξαι.
οὐρὴν πρῶθ' ἥπλωσεν ἐφ' ὕδασιν, ἠΰτε κώπην
σύρων, εὐχόμενός τε θεοῖς ἐπὶ γαῖαν ἱκέσθαι,
ὕδασι πορφυρέοισιν ἐκλύζετο. πολλὰ δ' ἐβόα,
καὶ τοῖον φάτο μῦθον, ἀπὸ στόματος δ' ἀγόρευεν:
οὐχ οὕτω νώτοισιν ἐβάστασε φόρτον ἔρωτος

ταῦρος,

Multa valde in palude, & ſuper terra mirabilia viſu.
Ancipitis enim vitæ paſtum dedit ranis Saturnius,
Saltare per terram, & ſub aquis corpus occulere,
Elementis duobus diſtinctas domos habitare.
Quodſi vis & hæc noſſe, facile eſt.
Conſcende meum dorſum, prehendeq; me, ne forte pereas,
Vt lætus meam domum peruenias.

Sic quidem dixit, & dorſum præbuit. Ille vero aſcendebat
Manus adhibens tenerum ad collum, ſaltu leui. (celerrime
Et primum gaudebat, cum videret vicinos portus,
Natatione oblectans ſe Phyſignathi: Sed cum iam
Fluctibus purpureis obrueretur, multum lacrimans
Inutilem pœnitentiam reprehendebat, vellebatq; pilos.
Et pedes ſtringebat ſecundum ventrem, ingq; eo cor
Saliebat inſolentia, & in terram cupiebat redire.
Vehementer autem ſuſpirabat metus frigidi neceſsitate.
Natrix enim de improuiſo apparebat, horrendum ſpectaculum
Ambobus, erectumq; ſuper aquam habebat collum.
Hunc conſpicatus ſubijt Phyſignathus, nequaquam cogitans
Quod ſodalem eſſet pereuntem amiſſurus.
Subijt ergo profunditatem paludis, & vitauit mortem atram.
Ille autem poſtquam relictus eſt, cecidit ſupinus ſtatim in a-
Manusq; ſtringebat, & periens ſtridebat. (quam,
Sæpe quidem mergebatur ſub aqua, ſæpe vero rurſum
Calcitrans emergebat: mortem autem nõ licebat ſubterfugere.
Caudam primum expandit ſuper aquis tanquam remum
Trahens, oransq; Deos, in terram vt rediret.
Aquis purpureis alluebatur. multumq; clamabat,
Et talem dixit ſermonem, expediteq; locutus eſt:
Non ita dorſo portauit pondus amoris

Taurus,

ταῦρος, ὅτ' ἐρώπην διὰ κύματος ἦγ' ἐπὶ κρήτην.
ὡς ἔμ' ἐπιπλώσας ἐπινώτιον ἦγεν ἐς οἶκον
βάτραχος, ἀμπετάσας ὠχρὸν δέμας ὕδατι λευκῷ.
δευόμεναι δὲ τρίχες πλεῖστον βάρος εἶλκον ἐπ' αὐτῷ.
ὕστατα δ' ὀλλύμενος τοίους ἐφθέγξατο μύθους:
οὐ λήσεις δολίως, φυσίγναθε, ταῦτα ποιήσας,
ναυηγὸν ῥίψας ἀπὸ σώματος, ὡς ἀπὸ πέτρης.
οὐκ ἄν μου κατὰ γαῖαν ἀμείνων ἦσθα, κάκιστε,
παγκρατίῳ τε, πάλῃ τε, καὶ εἰς δρόμον. ἀλλὰ πλανήσας
εἰς ὕδωρ μ' ἔρριψας. ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα,
ποινὴν αὐτίκα καὶ τίσιν ὀρθὴν, ὃς κ' ἀποδώσει
ταῖς δὴ τίσσουσίν σε μυῶν στρατὸς, οὐδ' ὑπαλύξεις.
ταῦτ' εἰπὼν ἀπέπνευσεν ἐν ὕδατι. τὴν δὲ κατεῖδε
λειχοπίναξ ὄχθῃσιν ἐφεζόμενος μαλακῇσιν,
καὶ ῥα κραιπνότατος μοίρας μυσὶν ἄγγελος ἦλθε,
δεινὸν δ' ἐξολόλυξε, δραμὼν δ' ἤγγειλε μύεσσιν.
ὡς δ' ἔμαθον τὴν μοῖραν, ἔδυ χόλος αἰνὸς ἅπαντας,
καὶ τότε κηρύκεσσιν ἑοῖς ἐκέλευσαν, ὑπ' ὄρθρον
κηρύσσειν ἀγορὴν, ἐς δώματα τρωξάρταο
πατρὸς δυστήνου ψιχάρπαγος, ὃς κατὰ λίμνην
ὕπτιος ἐξήπλωτο νεκρὸς δέμας, οὐδὲ παρ' ὄχθας
ἦν ἤδη τλήμων, μέσσῳ δ' ἐπενήχετο πόντῳ.
ὡς δ' ἦλθον σπεύδοντες ἅμ' ἠοῖ, πρῶτος ἀνέστη
τρωξάρτης ἐπὶ παιδὶ χολούμενος, εἶπε τε μῦθον:
ὦ φίλοι, εἰ καὶ μοῦνος ἐγὼ κακὰ πολλὰ πέπονθα
ἐκ βατράχων, ἡ μοῖρα κακὴ πάντεσσι τέτυκται.
εἰμὶ δὲ νῦν ἐλεεινὸς, ἐπεὶ τρεῖς παῖδας ὄλεσσα.
καὶ τὴν μὲν πρῶτον γε κατέκτανεν ἁρπάξασα
ἐχθίστη γαλέη, τρώγλης ἔκτοσθεν ἑλοῦσα.
τὴν δ' ἄλλον πάλιν ἄνδρες ἀπηνέες ἐς μόρον ἦξαν,

καινο-

Taurus, quando Europam per fluctum vexit in Cretam:
Vt me innauigans super dorso deduxit domum
Rana, cum expandisset pallidum corpus in aqua alba.
Madentes autem pili maximum pondus trahebant in illo.
Postremo autem periens tales edidit sermones:
Non latebis, dolose, Physignathe, his perpetratis,
Naufragum quod iecisti de corpore, tanquam de petra.
Haud me in terra præstantior eras, pessime,
Pancratioq; luctaq; & ad cursum. Sed cum seduxisses,
In aquam me iecisti: Habet Deus vindicem oculum,
Pœnam statim & vltionem iustam qui & retribuet,
Quib. sane vlciscetur te murium exercitus, neq; subterfugies.
Ista locutus expirauit in aqua. Hunc autem conspexit
Lichopinax ripis insidens mollibus,
Et velocissimus mortis muribus nuntius venit,
Miseregq; eiulauit, currensq; nuntiauit muribus.
Vt autem cognouerunt mortem, inuasit ira grauis vniuersos,
Et tunc præcones suos iusserunt, sub diluculum
Aduocare concionem in ædes Troxartæ,
Patris luctuosi Psicharpagis, qui in palude
Supinus expansus erat, mortuo corpore, neq; iuxta ripas
Erat iam miser: medio sed innatabat ponto.
Vt autem venerunt festinantes cum aurora, primus surrexit
Troxarta ob filium irascens, dixitq; sermonem:
O amici, etsi solus ego mala multa passus sum
A Ranis: mors (tamen) mala omnibus parata est.
Sum autem nunc miserabilis, siquidem tres filios perdidi.
Et primum quidem occidit cum arripuisset
Odiosissima mustela foramen extra captum.
Alterum vero deinde viri crudeles ad mortem duxerunt,

καινοτέραις τέχναις ξύλινον δόλον ἐξευρόντες,
ἣν παγίδα καλέουσι, μυῶν ὀλέτειραν ἐοῦσαν.
ὁ τρίτος ἣν ἀγαπητὸς ἐμοὶ καὶ μητέρι κεδνῇ,
τοῦτον ἀπέπνιξεν φυσίγναθος ἐς βυθὸν ἄξας.
ἀλλ' ἄγεθ' ὁπλισώμεθα, κ' ἐξέλθωμεν ἐπ' αὐτοὺς,
σώματα κοσμήσαντες ἐν ἔντεσι δαιδαλέοισι.
ταῦτ' εἰπὼν ἀνέπεισε καθοπλίζεσθαι ἅπαντας,
καὶ τοὺς μὲν ῥ' ἐκόρυσσεν ἄρης πολέμοιο μεμηλώς.
κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκαν,
ῥήξαντες κυάμους χλωροὺς, εὖτ' ἀσκήσαντες,
οὓς αὐτοὶ διὰ νυκτὸς ἐπισταντες κατέτρωξαν.
θώρηκας δ' εἶχον καλαμοστεφέων ἀπὸ βυρσῶν,
οὓς γαλέην δείραντες ἐπισταμένως ἐποίησαν.
ἀσπὶς δ' ἣν λύχνου τὸ μεσόμφαλον. ἡ δέ νυ λόγχη
εὐμήκης βελόνη, παγχάλκεον ἔργον ἄρηος.
ἡ δὲ κόρυς, τὸ λέπυρον, ἐπὶ κροτάφοισι, καρύου.
οὕτω μὲν μύες ἦσαν ἔνοπλοι. ὡς δ' ἐνόησαν
βάτραχοι, ἐξανέδυσαν ἀφ' ὕδατος. εἰς δ' ἕνα χῶρον
ἐλθόντες, βουλὴν ξύναγον πολέμοιο κακοῖο.
σκεπτομένων δ' αὐτῶν, πόθεν ἡ στάσις, ἢ τὶς ὅμιλος,
κήρυξ ἐγλύθεν ἦλθε φέρων σκῆπτρον μετὰ χερσὶ,
τυρογλύφου υἱὸς μεγαλήτορος ἐμβασίχυτρος
ἀγλέλλων πολέμοιο κακὴν φάτιν. εἶπέ τε μῦθον:
ὦ βάτραχοι, μύες ὔμμιν ἀπειλήσαντες ἔπεμψαν
εἰπεῖν ὁπλίζεσθαι ἐπὶ πτόλεμόν τε μάχην τε.
εἶδον γὰρ καθ' ὕδωρ ψιχάρπαγα, ὅνπερ ἔπεφνεν
ὑμέτερος βασιλεὺς φυσίγναθος. ἀλλὰ μάχεσθαι,
οἵτινες ἐν βατράχοισιν ἀριστῆες γεγάατε.
ὡς εἰπὼν ἀπέφηνε, λόγος δ' εἰς οὔατα μυῶν
εἰσελθὼν ἐτάραξε φρένας βατράχων ἀγερώχων.

μεμφομένων

Nouis artibus ligneum dolum cum excogitassent,
Quam tendiculam vocant, murium perditricem illam.
Tertius erat dilectus mihi & matri sollicitæ,
Hunc suffocauit Physignathus, cum in profundum duxisset.
Sed agite, armemur & egrediamur contra illas,
Corpora postquam instruximus armis arte paratis.
Hæc locutus persuasit, vt armarentur, vniuersis,
Ac illos quidem incitauit Mars bellum curans.
Ocreas quidem primum cruribus circumdederunt
Fractis fabis viridibus aptegz paratis,
Quas ipsi per noctem astantes deuorarunt.
Thoraces autem habebant culmis consutis de corijs,
Quos mustelam cum excoriarent, scienter fecerant.
Scutum autem erat lychni medius vmbo. Sed lancea,
Bene longa acus, omnino æreum opus Martis.
Galea vero testa, in temporibus, nucis.
Ita quidem mures erant armati. vt autem intellexerunt
Ranæ, emerserunt ex aqua, ingz vnum locum
Profectæ consilium inierunt de bello malo.
Cogitantibus autem illis, vnde seditio, aut quæ turba:
Præco accessit gestans sceptrum in manibus,
Tyroglyphi filius magnanimi, Embasichytrus,
Nuntians belli malum nuntium, dixitgz sermonem:
O Ranæ, mures vobis minati miserunt
Dicere, vt armemini ad bellumgz pngnamgz,
Viderunt enim in aqua Pscharpagem, quem occidit
Vester rex Physignathus. Sed pugnate,
Quæcungz inter ranas optimates natæ estis.
Sic locutus rem exposuit. Sermo autem, in aures murium
Ingressus, perturbauit animos ranarum præstantium.

μεμφομένων δ' αὐτῶν, φυσίγναθος εἶπεν ἀναστάς.
ὦ φίλοι, οὐκ ἔκτεινον ἐγὼ μῦν, οὐ δὲ κατεῖδον
ὀλλύμενον. πάντως δ' ἐπνίγη παίζων παρὰ λίμνην,
νήξεις τὰς βατράχων μιμούμενος. οἱ δὲ κάκιστοι
νῦν ἐμὲ μέμφονται τὸν ἀναίτιον. ἀλλ' ἄγε βουλὴν
ζητήσωμεν, ὅπως δολίους μύας ἐξολέσωμεν.
τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω, ὡς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα,
σώματα κοσμήσαντες ἔνοπλοι στῶμεν ἅπαντες,
ἄκροις πὰρ χείλεσσιν, ὅπου κατάκρημνος ὁ χῶρος.
ἡνίκα δ' ὁρμηθέντες ἐφ' ἡμέας ἐξέλθωσι,
δραξάμενοι κορύθων, ὅστις σχεδὸν ἀντίον ἔλθοι,
ἐς λίμνην αὐτοὺς σὺν ἐκείναις εὐθὺ βάλωμεν.
οὕτω γὰρ πνίξαντες ἐν ὕδασι τοὺς ἀκολύμβους,
στήσομεν εὐθύμως τὸ μυόκτονον ὧδε τρόπαιον.
ὡς ἄρα φωνήσας ὅπλοις ἐνέδυσεν ἅπαντας,
φύλλοις μὲν μαλαχῶν κνήμας ἑὰς ἀμφεκάλυψαν,
θώρηκας δ' εἶχον χλοερῶν πλατέων ἀπὸ τεύτλων,
φῦλλα δὲ τῶν κραμβῶν εἰς ἀσπίδας εὖ ἤσκησαν.
ἔγχος δ' ὀξύσχοινος ἑκάστῳ μακρὸς ἀρήρει.
καὶ κόρυθες κοχλιῶν λεπτῶν κράατ' ἀμφεκάλυπτον.
φραξάμενοι δ' ἔστησαν ἐπ' ὄχθαις ὑψηλῇσι,
σείοντες λόγχας, θυμοῦ δ' ἔπλητο ἕκαστος.
ζεὺς δὲ θεοὺς καλέσας εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
καὶ πολέμου πληθὺν δείξας, κρατερούς τε μαχητὰς,
πολλοὺς καὶ μεγάλους, ἠδ' ἔγχεα μακρὰ φέροντας,
οἷος κενταύρων στρατὸς ἔρχεται, ἠδὲ γιγάντων.
ἡδὺ γελῶν ἐρέεινε: τίνες βατράχοισιν ἀρωγοὶ
ἢ μυσὶν ἀθανάτων; καὶ ἀθηναίην προσέειπεν:
ὦ θύγατερ, μυσὶν ἦρ' ἐπαλεξήσουσα πορεύσῃ;
καὶ γάρ σου κατὰ νηὸν ἀεὶ σκιρτῶσιν ἅπαντες,

κνίσσῃ

Conquerentibus autem illis, Physignathus dixit, cum surrexis-
O amici, non occidi ego murem, neq; conspexi (set:
Pereuntem. Omnino autem suffocatus est ludens in palude
Natationes ranarum imitans. pessimi vero
Nunc me accusant, extra culpam qui sum. Sed age consilium
Quæramus, vt dolosos mures extirpemus.
Itaque ego dico, vt mihi videtur esse optimum,
Corpora postquam instruximus, armatæ stemus vniuersæ
Summas iuxta oras, vbi præceps locus.
Quando autem impetu facto contra nos egressi fuerint,
Prehensos galeis, quicunq; forte obuiam venerit,
In paludem eos, cum illis, statim deijciamus.
Ita enim si suffocauerimus in aquis natandi imperitos,
Statuemus læto animo occisorum murium hic trophæum.
Sic ergo locutus armis induit vniuersas.
Folijs quidem maluarum crura sua contexerunt.
Thoraces autem habuerunt viridibus amplis ex betis.
Folia autem crambarum in scuta belle pararunt.
Hasta autem, acutus iuncus vnicuiq; longus, aptata erat,
Et galeæ cochlearum tenuium capita cooperiebant.
Munitæ autem armis steterunt in ripis altis
Vibrantes lanceas, iraq; plena erat vnaquæq;.
Iupiter autem Deos cum vocasset in cœlum stellatum,
Et belli copias ostendisset, robustosq; bellatores
Multos & magnos, atq; hastas longas ferentes,
Qualis centaurorum exercitus incedit atq; Gigantum,
Suauiter ridens, interrogabat: Quinam ranis auxiliarij erunt
Aut muribus immortalium? & Mineruam allocutus est:
Mea filia, muribus anne opem latura vades?
Etenim tuum per templum semper saltant vniuersi,

κνίσσῃ τερπόμενοι, καὶ ἐδέσμασιν ἐκ θυσιάων.
ὡς ἄρ' ἔφη κρονίδης, τὸν δὲ προσέειπεν ἀθήνη.
ὦ πάτερ, οὐκ ἂν πώποτ' ἐγὼ μυσὶ τειρομένοισιν
ἐλθοίμην ἐπαρωγὸς, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ μ' ἔοργαν,
στέμματα βλάπτοντες καὶ λύχνους εἵνεκ' ἐλαίου.
τοῦτο δέ μου λίην ἔδακε φρένας, οἷον ἔρεξαν,
πέπλον μου κατέτρωξαν, ὃν ἐξύφηνα καμοῦσα,
ἐκ ῥοδάνης λεπτῆς, καὶ στήμονα λεπτὸν ἔνησα.
τρώγλας τ' ἐμποίησαν. ὁ δ' ἠπητής μοι ἐπέστη,
καὶ πράσσει με τόκους, τούτου χάριν ἐξώργισμαι.
χρησαμένη γὰρ ὕφηνα, καὶ οὐκ ἔχω ἀνταποδοῦναι.
ἀλλ' οὐδ' ὡς βατράχοισιν ἀρηγέμεν οὐκ ἐθελήσω,
εἰσὶ γὰρ οὐδ' αὐτοὶ φρένας ἔμπεδοι. ἀλλά με πρώην
ἐκ πολέμου ἀνιοῦσαν, ἐπεὶ λίην ἐκοπώθην,
ὕπνου δευομένην οὐκ εἴασσαν θορυβοῦντες
οὐδ' ὀλίγον καταμῦσαι. ἐγὼ δ' ἄϋπνος κατεκείμην
τὴν κεφαλὴν ἀλγοῦσα, ἕως ἐβόησεν ἀλέκτωρ.
ἀλλ' ἄγε παυσώμεσθα θεοὶ τούτοισιν ἀρήγειν.
μήκε τις ἡμείων τρωθῇ βέλει ὀξυόεντι,
καὶ μήτις λόγχῃ τυπῇ δέμας, ἠὲ μαχαίρῃ.
εἰσὶ γὰρ ἀγχέμαχοι, εἰ καὶ θεὸς ἀντίος ἔλθοι.
πάντες δ' οὐρανόθεν τερπώμεθα δῆριν ὁρῶντες.
ὡς ἄρ' ἔφη. τῇ δ' αὖτε πεπείθοντο θεοὶ ἄλλοι
πάντες. ὁμῶς δὲ ἀολλέες ἤλυθον εἰς ἕνα χῶρον.
κάδδ' ἦλθον κήρυκε τέρας πολέμοιο φέροντε.
καὶ τότε κώνωπες μεγάλας σάλπιγγας ἔχοντες
δεινὸν ἐσάλπιζον πολέμου κτύπον, οὐρανόθεν δὲ
ζεὺς κρονίδης βρόντησε, τέρας πολέμοιο κακοῖο.
πρῶτος δ' ὑψιβόας λειχήνορα οὔτασε δουρὶ,
ἑσταότ' ἐν προμάχοις, κατὰ γαστέρα, εἰς μέσον ἧπαρ,

καδδ'

Nidore quod delectentur & edulijs ex sacrificijs.
Sic quidē dixit Saturnides. hūc vero allocuta est Minerua:
Mi pater, nunquam ego muribus, si affligantur,
Venero auxiliatrix, quia mala multa mihi fecerunt,
Coronas destruentes, & lychnos, caussa olei.
Hoc autem meum valde momordit cor, quod fecerunt.
Peplum meum corroserunt, quod detexui laborando
Ex subtegmine gracili, & stamen subtile neui,
Forminaq; in eo fecerunt. Textor autem mihi institit,
Et exigit à me vsuras. huius gratia iritata sum.
Mutuata enim texui, & non possum reddere.
Sed neq; vtiq; ranis opem ferre velim.
Sunt enim neq; ipsæ animis firmæ. sed me nuper
Ex bello redeuntem, cum nimis defatigata essem,
Somni indigentem, non siuerunt tumultuantes
Ne parum quidem oculos claudere. Ego vero insomnis decum-
Caput dolens, donec cecinit gallus. *(bebam*
Sed age omittamus Dij illis auxiliari,
Ne quis nostrum vulneretur telo acuto.
Et ne quis lancea percutiatur corpus, aut gladio.
Eunt. n. cominus pugnantes, quamuis Deus aduersus veniret.
Omnes autem cœlitus delectemur pugnam videntes.
Sic quidem dixit. huic autem tum paruerunt Dij alij
Omnes. simulq; frequentes venerunt in vnum locum.
Descenderunt autem præcones duo, signum belli ferentes.
Et tunc culices magnas buccinas habentes
Horrendum buccinarunt belli strepitum. Cælitus autem
Iupiter Saturnides tonuit, signum belli mali.
Primus igitur Hypsiboas Lichenorem pupugit hasta
Stantē inter primarios pugnatores, per ventrē in mediū epar,

καδδ' ἔπεσε πρηνὴς, ἁπαλὰς δ' ἐκόνισσεν ἐθεῖρας,
δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.
τρωγλοδύτης δὲ μετ' αὐτὸν ἀκόντισε πηλείωνα,
πῆξεν δ' ἐν στέρνῳ στιβαρὸν δόρυ, τὸν δὲ πεσόντα
εἷλε μέλας θάνατος, ψυχὴ δ' ἐκ σώματος ἔπτη.
σευπλαῖος δ' ἄρ ἔπεφνε βαλὼν κέαρ ἐμβασίχυτρον.
ἀρτοφάγος δὲ πολύφωνον κατὰ γαστέρα τύψεν,
ἤριπε δὲ πρηνής, ψυχὴ δὲ μελέων ἐξέπτη.
λιμνόχαρις δ' ὡς εἶδεν ἀπολλύμενον πολύφωνον,
τρωγλοδύτην πέτρῳ μυλοειδέϊ τρῶσεν ἐπιφθὰς,
αὐχένα πὰρ μέσσον, τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν.
ὠκιμίδην δ' ἄχος εἷλε, καὶ ἤλασεν ὀξέϊ σχοίνῳ
ἀλλ' ὁ μὲν ἔσπασεν ἔγχος ἐφορμηθέντος ἐπ' αὐτῷ.
οὐδ' ἐξέσπασεν ἔγχος, ἐναντίον, ἤριπε δ' εὐθύς.
λειχήνωρ δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,
καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, κατ' ἧπαρ. ὡς δ' ἐνόησε
κραμβοφάγος, ὄχθαισι βαθείαις ἔμπεσε φεύγων.
ἀλλ' οὐδ' ὥς ἀπέληγεν ἐν ὕδασιν, ἤλασε δ' αὐτὸν.
κάππεσε δ' οὐκ ἀνένευσεν, ἐβάπτετο δ' αἵματι λίμνη
πορφυρέῳ, αὐτὸς δὲ παρ' ἠιόν' ἐξετανύσθη,
χορδῇσι λιπαρῇσιν ἐπορνύμενος λαγόνεσσιν.
τυρόγλυφον δ' ἐπ' ὄχθαις λιμνήσιος ἐξενάριξε.
πτερνόγλυφον δ' ἐσιδὼν καλαμίνθιος εἰς φόβον ἦλθεν,
ἤλατο δ' ἐς λίμνην φεύγων, τὴν ἀσπίδα ῥίψας.
λιστραῖον δ' ἄρ ἔπεφνεν ἀμύμων ἐμβασίχυτρος.
ὑδρόχαρις δέτ' ἔπεφνε πτερνοφάγον βασιλῆα,
χερμαδίῳ πλήξας κατὰ βρέγματος. ἐγκέφαλος δὲ
ἐκ ῥινῶν ἔσταζε, παλάσσετο δ' αἵματι γαῖα.
λειχοπίναξ δ' ἔκτεινεν ἀμύμονα βορβοροκοίτην
ἔγχει ἐπαΐξας, τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε.

πρασσο-

Conciditq; pronus teneros q; fœdauit cincinnos,
Insonuitq; lapsus, strepueruntq; arma in ipso.
Troglodyta autem post eum iaculatus est Pelionem,
Impegitq; pectori firmam hastam. illum vero lapsum
Cœpit nigra mors, animaq; ex corpore volauit.
Seutlæus autem occidit icto corde Embasichytrum.
Artophagus autem Polyphonum secundum ventrẽ percussit,
Cecidit q; pronus, aniimaq; ex membris euolauit.
Limnocharis autem vt vidit pereuntem Polyphonum,
Troglodytam saxo molari vulnerauit cum anteuertisset
Ceruicem circa mediam. ipsum vero caligo oculos texit.
Ocimiden autem dolor cœpit & sauciauit acuto iunco.
Sed ille traxit hastam eius, qui impetum fecerat in se,
Non tamen extraxit hastam, coram sed cecidit statim.
Lichenor autem in illum collineabat hastam splendidam,
Et vulnerauit, nec aberrauit, iuxta iecur. Vt autem intellexit
Crambophagus, ripis profundis insilijt fugiens.
Sed neq; sic euasit in aquis. Percussit enim ipsum
Conciditq; nec respirauit. tingebatur autem sanguine palus
Purpureo. ipse vero iuxta littus extensus est,
Intestinis pinguibus intumescens circa ilia.
Tyroglyphum autem in ripis Limnesius interfecit. (venit,
Pternoglyphum autem conspicatus Calaminthius in metum
Salijtq; in paludem fugiens, scuto proiecto.
Listræum autem occidit præclarus Embasichytrus.
Hydrocharis autem occidit Pternophagum regem,
Lapide cum percussisset in sinciput. Cerebrum autem
Ex naribus stillabat, polluebaturq; sanguine terra.
Lichopinax autem interfecit inculpatum Borborocœtam
Hasta adortus. ipsum verocaligo oculos texit.

πρασσοφάγος δ' ἐσιδὼν ποδὸς εἵλκυσε κνισσοδιώκτην,
ἐν λίμνῃ δ' ἀπέπνιξε κρατήσας χειρὶ τένοντα.
ψιχάρπαξ δ' ἤμυν' ἑτάρων περὶ τεθνειώτων,
καὶ βάλε πηλούσιον κατὰ νηδύος εἰς μέσον ἧπαρ.
πίπτε δὲ οἱ πρόσθεν, ψυχὴ δ' ἀϊδόσδε βεβήκει.
πηλοβάτης δ' ἐσιδὼν πηλοῦ δράκα ῥίψεν ἐπ' αὐτὸν,
καὶ τὸ μέτωπον ἔχρισε, καὶ ἐξετύφλου παρὰ μικρόν.
θυμώθη δ' ἄρα κεῖνος, ἑλὼν δέγε χειρὶ παχείῃ
κείμενον ἐν πεδίῳ λίθον, ὄβριμον ἄχθος ἀρούρης,
τῷ βάλε πηλοβάτην ὑπὸ γούνατα. πᾶσα δ' ἐκλάσθη
κνήμη δεξιτερὴ, πέσε δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσι.
κραυγασίδης δ' ἤμυνε, καὶ αὖθις βαῖνεν ἐπ' αὐτὸν,
τύψε μέσην δ' αὐτὸν κατὰ γαστέρα, πᾶς δὲ οἱ εἴσω
ὀξύσχοινος ἔδυνε, χαμαὶ δ' ἔκχυντο ἅπαντα
ἔγκατ' ἐφελκομένῳ ὑπὸ δούρατι χειρὶ παχείῃ.
σιτοφάγος δ' ὡς εἶδεν ἐπ' ὄχθῃσιν ποταμοῖο,
σκάζων ἐκ πολέμου ἀνεχάζετο, τείρετο δ' αἰνῶς.
ἤλατο δ' ἐς τάφρον, ὅππως φύγῃ αἰπὺν ὄλεθρον.
τρωξάρτης δ' ἔβαλεν φυσίγναθον ἐς πόδα ἄκρον.
ὦκα δὲ τειρόμενος ἐς λίμνην ἤλατο φεύγων.
τρωξάρτης δ' ὡς εἶδεν ἔθ' ἡμίπνουν προπεσόντα,
εὐθὺς ἐπέδραμεν αὐτὸν ἀποκτάμεναι μενεαίνων.
πρασσαῖος δ' ὡς εἶδεν ἔθ' ἡμίπνουν προπεσόντα,
ἦλθε διὰ προμάχων, καὶ ἀκόντισεν ὀξέϊ σχοίνῳ.
οὐδ' ἔρρηξε σάκος, σχέτο δ' αὐτοῦ δουρὸς ἀκωκή.
τοῦ δ' ἔβαλεν τρυφάλειαν, ἀμύμονα καὶ τετράχυτρον
δῖος ὀρειγαίων μιμούμονος αὐτὸν ἄρηα,
ὃς μόνος ἐν βατράχοισιν ἀρίστευεν καθ' ὅμιλον.
ὥρμησαν δ' ἄρ ἐπ' αὐτὸν. ὁ δ' ὡς ἴδεν, οὐχ ὑπέμεινεν
ἥρωας κρατεροὺς, κατέδυ δ' ὑπὸ βένθεσι λίμνης.

ὧν δέ

Prasophagus autem conspicatus pede traxit Cnissodioctam,
In paludeq; suffocauit, cum prehendisset manu ceruicem.
Psicharpax autem vltus est socios mortuos,
Et iaculatus est Pelusium per ventrem in medium iecur.
Cecidit autem ante illum, animaq; ad orcum descendit.
Pelobata autem conspicatus luti pugillum iecit in illum,
Et frontem obleuit & excæcabatur propemodum.
Excanduit autem ille, cunq; arripuisset manu crassa
Iacentem in campo lapidem, prægrande pondus arui,
Eo percussit Pelobatam sub genua. totumq; fractum est
Crus dextrum, ceciditq; supinus in pulueribus.
Craugasides autem vlciscebatur, & contra aggrediebatur illũ,
Percussit mediumq; illum secundum ventrem, totusq; ei intro
Acutus iuncus subibat, humiq; effundebantur omnia
Intestina, cum extraheretur hasta manu robusta.
Sitophagus autem vt vidit in ripis fluminis,
Claudicans ex bello recedebat, cruciaturq; grauiter.
Salijtq; in fossam, vt fugeret magnam perniciem.
Troxarta autem iaculatus est Physignathum in pedem extre-
Celeriterq; dolens in paludem salijt fugiens. (mum,
Troxarta autem vt vidit adhuc semiuiuum illapsum:
Statim accurrit illum interficere gestiens.
Prasæus autem vt vidit etiamdum semiuiuum illapsum,
Venit per principes prælij & iaculatus est acuto iunco.
Neq; perrupit scutum. tenebatur enim ipsius hastæ acies.
Illius autem percussit galeam. præclarũ etiam Tetrachytrum,
Dius Origanon imitans ipsum Martem,
Qui solus inter ranas strenue se gerebat per turmam.
Irruerunt autem in illum. qui vt vidit non expectauit
Heroas fortes: sed subijt sub profunda paludis.

Erat

ἰὼ δέτις ἐν μύεσι νέος ὣς ἔξοχος ἄλλων,
ἀγχέμαχος, φίλος υἱὸς ἀμύμονος ἀρτεπιβούλου,
ὅρχαμος, αὐτὰρ ἄρηι φαίνων, πρατερὸς μεριδάρπαξ,
ὃς μόνος ἐν μύεσσιν ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.
ὃς ῥήξας παρύσ μέσσηι ῥάχιν εἰς δύο μοίρας,
φραγμὸν ἄρ ἀμφοτέροισιν ἐν ὤμοις χερσὶν ἔθηκεν.
σὴ δὲ παρὰ λίμνηι γαυρούμενος οἷος ἀπ' ἄλλων.
σεῦτο δὴ πορθήσειν Βατράχων υἱὸς αἰχμητάων.
καὶ νύκεν ἐξετέλεσσεν, ἐπεὶ μέγα οἱ σθένος ἦεν,
εἰ μὴ ἄρ ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
καὶ τότ' ἀπολλυμένους Βατράχους ὤικτειρε κρονίων,
κινήσας δὴ κάρη τοῖσιν ἐφθέγξατο φωνῆι:
ὤ πόποι, ἦ μέγα ἔργον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι.
ὃ μικρόν μ' ἔπληξε μεριδάρπαξ κατὰ λίμνην,
ἐνναίρει Βατράχους βλεμεαίνων. ἀλλὰ τάχιστα
πάλλάδα πέμψωμεν πολεμόκλονον, ἠδὲ καὶ ἄρηι,
οἵ μιν ἀποσχήσουσι μάχης κραιπερόπεα εἰδότα.
ὡς ἄρ ἔφη κρονίδης. ἄρης δ' ἀπαμείβετο μύθωι:
ἴστε θεαὶ πατρὸς, κρονίδεω, σθένος, ἴστε δὲ χώρην
ἰσχύι Βατράχοισιν ἀρηγέμεν αἰπὺ ὄλεθρον.
ἀλλ' ἄγε πάντες ἴωμεν ἀρηγόνες, ἢ τὸ σὸν ὅπλον
κινείσθω μέγα, τιτανοκτόνον, ὀβριμοεργόν,
ὥ τιτᾶνας ἐπέφνες ἀρίστους ἔξοχα πάντων.
ὡς πολὺ καὶ καπανῆα καλέκτανες ὄβριμον ἄνδρα,
ἐγκέλαδόν θ' ἑπέδησας, ἰδ' ἄγρια φῦλα γιγάντων.
κινείσθω. ἴστω γὰ ἀλώσεσθαι ὅστις ἄριστος.
ὡς ἄρ ἔφη. κρονίδης δ' ἔβαλε ψολόεντα κεραυνὸν,
πρῶτα μὲν ἐβρόντησε, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον,
αὐτὰρ ἔπειτα κεραυνὸν δημαλέον, διὸς ὅπλον,
ἧκ' ὑπιδινήσας. ὁ δ' ἄρ ἔπλατο χθονὸς ἀνάκτος.

πάντας

Erat autem quidam inter mures adolescens excellens alios
Cominus pugnans, dilectus filius inculpati Artepibuli,
Dux, ipsum Martem referens, fortis Meridarpax,
Qui solus inter mures strenuum se præbebat pugnando.
Qui cum rupisset nucis mediam spinam in duas partes,
Munimentum ambobus in humeris manibus posuit.
Stabat autem iuxta paludem superbiens solus ab alijs.
Asseuerabatq; se perditurum ranarum genus bellatricum.
Et certe perfecisset, quoniam magnum ei robur erat.
Nisi equidem celeriter sensisset pater hominumq; Deorumq;,
Et tunc pereuntes ranas miseratus esset Saturnius,
Moto autem capite talem edidit vocem:
Prô Dij, certe magnam rem oculis intueor.
Non parum me perculit Meridarpax iuxta paludem,
Trucidare ranas gestiens. Quin celerrime
Mineruam mittamus bellistrepam, atq; etiam Martem,
Qui ipsum retrahant pugna, robustus quamuis sit.
Sic quidem dixit Saturnides. Mars autem respondit ser-
Neq; sane Mineruæ, Saturnides, robur, neq; Martis (mone,
Valebit ranis arcere grauem perniciem.
Quin age omnes eamus auxiliarij: vel tua arma
Moueantur magna, Titanum victricia, magnifica,
Quibus Titanas occidisti præstantiss. longe omnium,
Sicut olim & Capaneum interfeciſti fortem virum,
Enceladumq; ligasti, atq; agrestia genera gigantum.
Moueantur: Ita enim distinebitur quisq; præstantissimus.
Sic quidem dixit. Saturnides autem deiecit fuliginosum ful-
Primum quidem tonuit magnumq; commouit olympũ. (men.
Sed postea fulmen horrendum, Iouis arma,
Misit detorquendo. hocq; volauit è manu regis.

Omnes

πάντας μὲν ῥ' ἐφόβησε βαλὼν βατράχους τε μύας τε.
ἀλλ' οὐδ' ὡς ἀπέληγε μυῶν στρατός: ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
ἵετο πορθήσειν βατράχων γένος αἰχμητάων.
εἰ μὴ ἀπ' οὐλύμπου βατράχους ἐλέησε κρονίων,
ὅς ῥα τότε βατράχοισιν ἀρωγοὺς εὐθὺς ἔπεμψεν.
ἦλθον δ' ἐξαίφνης νωτάκμονες, ἀγκυλοχῆλαι,
λοξοβάται, στρεβλοὶ, ψαλιδόστομοι, ὀστρακόδερμοι,
ὀστοφυεῖς, πλατυώτοι, ἀποστίλβοντες ἐν ὤμοις,
βλαισσοὶ, χειροτένοντες, ἀπὸ στέρνων ἐσορῶντες,
ὀκτάποδες, δικάρηνοι, ἀχειρέες, οἱ δὲ καλεῦνται
καρκίνοι, οἵ ῥα μυῶν οὐρὰς στομάτεσσιν ἔκοπτον,
ἠδὲ πόδας καὶ χεῖρας. ἀνεγνάπτοντο δὲ λόγχαι.
οὓς καὶ ὑπέδδεισαν δειλοὶ μύες, οὐδ' ὑπέμειναν.
ἐς δὲ φυγὴν ἐτράποντο. ἐδύετο δ' ἥλιος ἤδη,
καὶ πολέμου τελετὴ μονοήμερος ἐξετελέσθη.

ΤΕΛΟΣ.

Omnes equidem terruit iaculatus ranasq; muresq;.
At neq; sic acquiescebat murium exercitus : sed adhuc magis
Cupiebat extirpare ranarum genus bellatricum,
Nisi de olympo ranarum misertus fuisset Saturnius,
Qui quidem tunc ranis auxiliarios statim misit. (uis brachijs
Venerunt enim de improuiso incudes in tergo habentes,incur-
Oblique incedentes, oculis distortis, forficulos in ore gerentes,
(cutem testaceam habentes,
Natura ossei, latis dorsis, renidentes in humeris,
Distortis cruribus,manibus extentis, ex pectoribus aspicientes,
Octipedes, bicipites, intractabiles. hi vero vocántur
Cancri, qui vtiq; murium caudas ore abscindebant,
Atq; pedes & manus. Flectebantur autem lanceæ,
Quos & subueriti sunt miseri mures.neq; substiterunt,
Sed in fugam versi sunt. Occidebat autem Soliam,
Et belli expeditio vno die perfecta est.

FINIS.

FINIS.

LEONHARTI LYCII IN Homeri βατραχομυομαχίαν annotationes.

QVOD rhetores præcipiunt, πρὸς τὸ προκείμενον δεῖ εἰπεῖν, id videtur etiam in hoc genere ſcriptionum ſeruandum, vt ad veterum monumenta tantum annotentur ea, quæ ſententiarum & rerum obſcuritatem illuſtrare videantur. Quam rationem & nos in præſentia ſecuti prætermittemus plurima, quæ Græcæ linguæ diſcipuli ſtudio diligentiæ ſuæ venari aliunde ipſi poterunt. De ſuauiſsimi poëmatis huius autore etſi ſunt qui dubitent: ego tamen vt ab Homero profectum eſſe ſtatuam, non tantum Herodoti facit autoritas, qui affirmat Poëtam & hoc opuſculum,& alia quædam, inſtituentem in Chio inſulani cuiuſdam liberos, compoſuiſſe: ſed etiam expoſitionis forma, & character ille, qui dicitur, quem aliorum Homericorum operum filo admodum eſſe ſimilem, nemo, niſi ab horum lectione alienus, poteſt inficiari. Hoc igitur in præſentia tenebimus, vt certum, donec aliquid certius cognoſcatur. Itaqꝫ deinceps argumentum poëmatis propoſiti recitabimus. Nam de Homero, opt. & diuiniſs. poëta, ſecundum Platonem, ita multa paſsim literis prodita leguntur:vt repetita illorum expoſitio ingrata, atqꝫ hoc loco ſuperuacanea videri poſſit. Argumentum igitur eſt huiuſmodi. Cum Pſicharpax muſculus muſtelam inſequentem effugiſſet, & ad paludem ſitis reſtinguendæ cauſſa accurriſſet: Phyſignathus Rex ranarum allocutus eum perquam comiter hortatur,ſe vt conſcendat, & cognoſcat, quantis ranæ voluptatibus in palude perfruantur. Cuius voluntati cum muſculus eſſet obſecutus, natrix de improuiſo in ſummo aquæ apparuit. Quo viſo, rana vitæ ſuæ conſultura profundum petijt. Muſculus vero omni deſtitutus præſidio, poſt crebram in aquis iactationem ſuffocatus eſt. Conſpicatus, quod acciderat, alius quidam muſculus, cui nomen eſſet Lichopinax,nuntium affert

um affert ſuæ genti ſane quam acerbum, quem cum etiam pater ſuffocati Troxarta cognouiſſet, vniuerſos mures quantum poteſt, hortatur, vt bellum contra genus ranarum ſe duce & autore inferant, quod dicat eius iniuriæ magnitudinem, quæ ipſi nunc ſoli acerbitatem luctus pepererit, ad ipſos pertinere vniuerſos. Parant itaq; ſe mures ad faciendum bellum, varijsq; armis comparatis, mittunt, qui ranis illud denuntiet, Embaſichytrum. Cum autem ranæ vehementer hac denuntiatione perturbarentur: rex Phyſignathus bono eas animo eſſe iubet, & innocentiæ ſuæ prædicatione, ſpem victoriæ præ ſe ferens, hortatur vniuerſas, vt contra iniuſtam vim ipſæ quoq; arma parent ad pugnam. Hæc dum vtrobiq; magno conatu geruntur, Iupiter hortatur Mineruam ad ferendam opem vel muribus vel ranis: quod recuſans illa, vt dicat multis ſe moleſtijs & iniurijs ab vtriſque eſſe affectam: autor eſt Dijs, vt ſpectatores potius eſſe, quàm periculum pugnæ ſubire velint. Mox pugnæ ſigno à culicibus dato, acies vtriuſq; exercitus congrediuntur, atq; armis inter ſe acriter confligunt. Cumq; multis vtrinq; cadentibus victoria ad murium exercitum inclinare videretur, Iupiter iactu fulminis dirimere conflictum conatur, ne mures euadant ſuperiores, qui bellum non iuſtis de cauſsis mouiſſent. Sed cum fulmine nihil effeciſſet, auxiliarios ranis mittit cancros, à quibus cum mures miſeris modis mutilati facile in fugam verterentur, ranæ victoriam lætæ reportarunt, bello diei vnius ſpacio, confecto. Etſi autem poëma hoc ludicrum eſſe videtur, & ridiculum, cum alijs tum Martiali, cuius notum eſt diſtichon in Apopheretis:

Perlege Mæonio, cantatas, carmine, ranas,
Et frontem nugis ſoluere diſce meis:

Tamen multum bonarum & vtilium ſubiectionum complectitur. Atq; dubium quidem non eſt, quin poëta cum alias ſalutares ſententias puerorum animis inſerere voluerit, tum hanc inprimis: Solêre Deum, qui, vt Comici verbis vtar,

quæ

quæ nos gerimus, auditoq; & videt, seditionum autores pacisque turbatores seueriſsime punire. Libet hoc loco recitare grauiſsimam Philippi Melanch. ſententiam de hoc poëmate, commemoratam in oratione quadam illius de fabularum vtilitate, quam plurimi facturos vniuerſos non dubito. Homeri poëtæ prudentiam tantopore mirantur eruditi, vt ſupra communem mortalium ſortem vehant, planeque ſentiant, diuina quadam vi mentem illius percitam fuiſſe. At is pueris, quos in Græcia paſsim docebat, bellum ranarum & murium ſcripſit, vt ſimul teneros animos lepidiſs. fabula delectaret, ſimul doceret, quantum præſtaret diſsimulare, quam vlciſci iniuriam: quàm ſint incerti turbarum ac bellorum omnium exitus: nec raro accidere, vt ab inferioribus potentiores vincantur. Sæpe malum omne in autoris caput verti. Nam cum mures nonnulla ſane iniuria prouocati armis illam vindicare, quàm diſsimulare mallent, nimiumq; ſuis viribus aduerſus imbelles ranas fiderent: donarunt ſuperi victoriam imbellioribus, & belli autores pertinaciæ ſuæ iuſtiſsimas pœnas dederunt. Quæſo quid æque retulit puerilibus animis inſeri, atque odium bellorum ac turbarum: tolerantiæ ſtudium, & hoc genus alias humanitatis artes? Hæc Melanch. Eſt autem hoc doctrinæ genus poëticum & μυθῶδες ab antiquo in puerili inſtitutione vſurpatum grauibus de cauſsis, vt teſtatur grauiſsimus autor Strabo lib. primo geographiæ, cuius verba libet ſubijcere: οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικὴν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις μεθ' ἡδονῆς. οἱ δ' ἡμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν. διὰ τοῦτο καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν ἑλλήνων πόλεις, πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν φιλῆς, ἀλλὰ καὶ σωφρονισμοῦ. Id eſt: Cenſent antiqui poëticen eſſe præcipuam quandam diſciplinam, quæ à puero nos inſtituat ad vitæ honeſtatem, & cũ iucunditate doceat, quales affectus, mores & actiones noſtræ eſſe debeant. Noſtri vero homines vel ſolum poëtam putarunt eſſe ſapientem, eamq; ob cauſſam

ciuitates Græciæ pueros primum omnium in poëtarum ſcriptis erudiunt, non futilis certe oblectationis gratia: ſed vt ad moderationem modeſtiamq; aſſuefiant. Plato etiam libro ſecundo de Rebuſpub. hoc genus doctrinæ commendans, quale omnino eſſe conueniat, quibusq; de cauſis vſurpari debeat, luculente demonſtrat. Sunt autem qui exiſtiment Homerum & hoc poëma, & alia ludicra, de quibus alicubi fit mentio, etiam hac de cauſſa compoſuiſſe, vt de viribus ingenij ſui periculum faceret, antequam magni operis compoſitionem aggrederetur. Quo conſilio Euripidem ἐλαφοκτιονομαχίαν & alios alia quaſi προγυμνάσματα elucubratos fuiſſe accepimus. Vt autem propius ad rem accedam, primum hoc eſt indicandum, poëtam ranarum & murium pugnam ita deſcribere, quaſi illa commiſſa eſſet iuxta Eridanum, cuius rei cauſſa talis eſt annotata, in manu exarato codice, de quo meminimus, ὅτι ἡ τῶν βατράχων γένεσις ἐκ θερμοῦ ὕδατος καὶ πηλοῦ γίνεται. τοιοῦτο δὲ τὸ τοῦ Ἠριδάνου διὰ τὸ ἐκεῖ κεραυνωθέντα φαέθοντα. Quod Ranæ ortum habeant ex calida aqua & luto. Talis autem eſt Eridani aqua propter Phaëthontem ibi fulmine percuſſum.

Quippe vbi temperiem ſumſere humorq; calorq;
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus:
Cumq; ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia fœtib. apta eſt. Ouid. lib. 1. Meta.

Generantur autem Ranæ partim ex limo vel puluere æſtiuis imbribus madefacto. de qua generatione meminit idem poëta lib. 15. Metamorph.

Semina limus habet virides generantia ranas,
Et generat truncas pedibus: mox apta natando
Crura dat, vtq; eadem ſint longis ſaltibus apta,
Poſterior ſuperat partes menſura priores:

Partim ex ſemine, de quo ortu ita Plin. lib. 9. cap. 51. Ranæ ſuperueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente, poſterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum & cauda inſignes. Mox

nes. Mox pedes figurantur, cauda findente se in posterio-
res. Mirumq; semestri vita resoluuntur in limum, nullo cer-
nente, & rursus Vernis aquis renascuntur quæ fuêre natæ,
perinde occulta ratione, cum omnibus annis id eueniat.

Vt autem hac in parte poëta seruauit id, quod πρέπον di-
citur, hoc est, decorum, cum conueniente loco huius fa-
bulæ quasi scenam collocauit: ita vbiq; considerata rana-
rum ac murium natura & proprietate, ijsq; rebus obseruа-
tis, quæ in apparando & suscipiendo atq; conficiendo bello
vsu venire solent, de singulis apte congruenterq; scribit, vti-
turq; oratione tam perspicua & euidente, vt plæraq; quasi
gerantur, sub aspectum pene subijci videantur. Vtriusq;
etiam generis animalculis conuenientia imponens nomina,
facit, vt simile quiddam historiæ repræsentetur. Quorum
nominum rationem infra explicabimus. In Suida & codice
illo antiquo, de quo mentio facta est, reperitur inuersum
poëmatis huius nomen μυοβαλεαχομαχία, quod mures belli au-
tores fuerint. & additur poëtam hoc opusculum compo-
suisse, ἐτῶν δεκατεσσάρων, id est natum annos XIIII. Quasi
vero grandioribus doctis & eruditis viris indigni sint lusus
liberales, aut hi non etiam ita ludantur, vt seria ducant, se-
cundum poëtam, Cum in talibus & ingenij acumen & in-
dustria elaborationis eluceat clarius interdum, quam serijs
argumentis. Sed de his nunc disputare non est opus. Est
autem μῦς ἀπὸ τοῦ μύω, quia in latibulis occulitur: & quidam
ludens apud Athenæ. lib. 3. appellat μυσήρια, murium cauer-
nulas, ὅτι τηροῦσι τοὺς μῦς. βάτραχος autem est ὁ τραχέως βοῶν, quasi
βοάτραχος.

ἀρχόμενος πρῶτον.) Exordium continens propositio-
nem poëtice figuratam numinis Musarum inuocatione, qua
Lector tanquam ad rei grauissimæ cognitionem attentus
redditur. Musarum figmento, notum est, significari vim
mentis humanæ, veritatis indagatricem, & scientiæ conci-
liatricem, quam diuinam esse omnes iudicant. Indicat hoc

origo nominis, quæ traditur in Cratylo. τὰς δ' μούσας τε καὶ ὅλως τὴν μουσικὴν, ἀπὸ τοῦ μῶσθαι, ὡς ἔοικε, καὶ τῆς ζητήσεως, καὶ φιλοσοφίας, τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπωνύμασε, ad quam originem alludit Theognis his elegantissimis versibus:

χρὴ μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἶτι περισσὸν
εἰδείη, σοφίης μὴ φθονερὸν τελέθειν.
ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθαι, τὰ δ' δέχνυσθαι. ἄλλα δ' ποιεῖν,
τί σφιν χρήσηθ' μοῦνος ὀπισάμενος;
Musarum præco & famulus non inuidus esse
Debet, plus alijs, si sciat & sapiat:
Sed meditetur, componat, monumentaq; promat.
Quæ vtilitas ipsis, si sciat vnus, erit?

De Musarum numero disputatur lib. 9. sympos. Plutarchi, quæst. 14. & alibi. χορὸς cœtus gaudij & lætitiæ, ἀπὸ τῆς χάρας, vt est apud Platonem νόμων β'. σωίζει δ', inquit Phurnut. καὶ συγχορεύουσιν ἀλλήλαις, πρὸς παρέσασιν δ', τὰς ἀρετὰς ἀχωρίστους αὐτῆς καὶ ἀδιαζεύκτους ἔχει).

ἐξ ἑλικῶνος) Finguntur Musæ versari in Helicone monte Bœotiæ & in alijs montibus, quod sola loca apta sint studijs sapientiæ iuxta vetus dictum: ἐρημίας χωρὶς οὐδὲν σεμνὸν εὑρίσκει). Donat. ex Menandro hoc citat: εὑρετικὴν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς ἄραντες. Pausa. refert lib. 9. in Helicone primos omnium sacra Musis feciſſe, eumq; montem Musis consecrasse Ephialten & Othum. Vide plura in hanc sententiam apud Quintil. lib. 10. c. 3.

ἐλθεῖν εἰς ἐμὸν ἦτορ) Optat se posse præclari aliquid scribere. ἦτορ cor significat & animum. παρὰ τὸ ἄω τὸ πνέω. πνεῦμα γὰρ νοερὸν ἡ ψυχή. Eustath. α. Iliad.

λαὸν νέον) Sententia est, Cupio in vulgus edere maximam pugnam ranarum & murium, quam nuper descripsi. Nam relatiuum ὃν non ad ἀοιδὴν, sed ad δῆριν referendum est. Quod monuit etiam doctiss. Henr. Stepha. δέλτος tabula, vel liber figuræ triquetræ, de quo ita Eustath. Il. γ. τὸ τῆς δέλτου ὄνομα ἄνωθεν κατέβη, ἀπὸ τῆς δελτωτῆς βιβλίων, ἤγουν ἐκ τῆς κατὰ δέλτα πυκνομένων γραφῶν, αἱ κυρίως δέλτοι καλούμεναι ἀφῆκαν τοῖς ὕστερον βιβλίοις κληρονομῆ-

ξονομῆσαι τοιαύτης κλήσεως. Idem φ. Odyſ. δόξει δ' ἂν καὶ τὸ τ δέλτου ὄνομα ἐκ τῆς κατ' αἴγυπτον βίβλων ὀπτεθεῖσαι ταῖς ἄρτι βίβλοις, διὰ τὸ καθ' ἱστορίαν ὠφελιμωτικὴν, αἰγύπτιον δελτωτόν.

ὅπι γεῦνασι θῆκα) τιμῆσις. ἐπέθηκα γούνασι In antiquo libro habetur tale σχόλιον. λεῖ ἐν ταῖς βίβλοις ἐγγράφων καὶ χαράττων δηλονότι ἔθηκα ἐν τοῖς ἐμοῖς γόνασιν. ὁ γὰρ γράφων τίθησιν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ γόνασι τὸν χάρτην καθ' οὗ γράφει. Suidas explicans prouerbium, ἐν πέντε κριτῆ γόνασι: inquit: ἐπειδὴ οἱ κριταὶ ἐν τοῖς γόνασι εἶχον, ἃ νῦν ἐς γραμματεῖα ἐγγράφεσθαι.

πολεμόκλονον ἐρ.) appoſitio addens rei αὔξησιν. μέροπας aiunt homines eſſe dictos, vel quod diſtincto vocis ſono vtantur (Græci φωνὴν ἔναρθρον vocant) vel quod διάλεκτοι nationum atq; gentium variæ ſint, quam nominis rationem probans Epiphanius, lib. 1. κατ' αἱρέσ. διεσκέδασε inquit αὐτοὺς τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομήκοντα δύο διένειμε, κατ' οὓς τότε ἀνδρῶν ἀριθμὸν εὑρεθέντα, ὅθεν καὶ μέροπες οὗτοι κέκληνται, διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν.

ἐν βατρα.) τιμῆσις. ἐνέβησαν βατράχοις. ἀριστεύειν eſt præclare ſe gerere. ἀριστεῖον præmiũ quod confertur fortiter ſe gerentib.

γηγενέων ἀνδρῶν) Hi Latinis ſunt terræ filij, obſcuro ſcilicet ignotoq; genere prognati.

μῦς ποτέ.) Narratio primum quidem ſimplex, ſed mox in perſonas quaſi ſparſa, vt ſit δραματικὴ, hoc eſt actuoſa, qua belli exordia perquam belle exponuntur. Sunt autem hoc loco digna obſeruatione ἤθη duo, alterum hoſpitalitatis in rana: iactantiæ alterum, in mure. Hoſpitalitatis magnam veteres rationem duxiſſe conſtat, quod exiſtimarent hoſpites & peregrinos & exules præcipue in Deorum tutela eſſe, ac Iouis quidem in primis, quem ideo ξένιον appellatum fuiſſe legimus. Hinc Nauſica Vlyſſeæ ζ. inquit πρὸς γὰρ διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε, δόσις δ' ὀλίγη τε φίλητε. Namq; autore Ioue, eſt omnis mendicus & hoſpes. His quicquid datur eſt ingentis muneris inſtar. Et Vlyſſes eiuſdem operis lib. ε αἰδοῖος μὲν τ' ἔσκε, καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι ἀνδρῶν ὅσις ἵκηται ἀλωάμενος ὥσπερ ἐγώ γε. Dij cenſent immortales reuerenter habendum

Illum qui vos, atq; ego nunc accesserit errans. Memoriæ proditum est, apud Lucanos lege fuisse vetitum, ne quis hospitem sole occidente ad se diuertentem, expelleret, eumque qui legem hanc violasset, κακοξενίας accusatum grauiterque fuisse mulctatum. γαλέω & contracte γαλῶ, alij felem interpretantur, alij mustelam, alij catum. Sed Nicol. Perot. satis, vt videtur, probat nullum aliud esse animal, quam mustelam. De ea ita Aristot. ἰσορ. θ. φρονίμως δὲ δοκεῖ καὶ ἡ γαλῆ χειροῦσθαι τοὺς ὄρνιθας. σφάζῃ γὰρ ὥσπερ οἱ λύκοι τὰ πρόβατα. μάχεται δὲ τοῖς ὄφεσι μάλιστα τοῖς μυοθήραις, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν τοῦτο τὸ ζῶον θηρεύειν. Id est. Mustela videtur prudenter aues capere. Iugulat enim quas cœpit, sicut lupus oues, serpentes quoque persequitur præcipue eos, qui mures venantur. Nam ipsa quoque hoc animal venatur. Suspicantur quidam vocabulum Latinum Græcæ esse originis, compositum nimirum à μῦς & σέλλειν quod ὑποσέλλειν valeat, id est, surripere, furari: Vt sit mustela fur murium. Ab ista animantis natura ortum habet prouerbium: ἁρπακτικώτερος ἢ γαλῆς: mustela rapacior.

μελιηδέϊ) mellita, hoc est, dulci & gustatui iucunda, vt à salsa, qualis est marina, distinguat. Vt Lucret. lib. 6. Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquai Qui scatet, & salsas circum se dimouet vndas.

λιμνόχαρις) φδὴ ranæ, quæ paulo post proprio nomine φυσίγναθος dicitur ab inflatis buccis Bauβback: περὶ τὸ τὰς γνάθους φυσᾶν. πολυφήμου autem Epitheto admirabili ioco vsus est propter ambiguam significationem, & proprium hoc nomen tributum immani illi & hominum deuoratori Cyclopi. Est autem magnæ celebritatis multipliciq; prædicationis in hoc vocabulo, itemq; garrulæ & loquacis vociferationis significatio.

ἔπος δ' ἐφ'.) manuscriptum habet: ἔπος τ' ἔφατ' ἐκτ' ὀνόμαζεν.

δῶρα γὴ) Plene dixit δῶρα ξενήϊα quæ aliâs sunt ξένια: ξενίων δέτε θυμὸς ἄριστος.

εἰμὶ δ' ἐγὼ) παρόλημψις huius sententiæ: Si forte quæris, quis ego

ego sim, dicam tibi, &c. πηλεὺς & inferius πηλούσιος, & πηλείων ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, quod lutum significat, vt sit lutaria.

πότε γ᾽ ἔνα.) in antiquo est, ἀνεθρέψατο.

μιχθεὶς ἐν) verecunda concubitus εὐφημισμὸς, qualis est Ilia. ϛ'. ἠὲ γυναῖκα νέῳ ἶνα μίσγῃ ἐν φιλότητι. Huiusmodi alias annotauit Gellius lib. 9. c. 10. Interdum solum verbum μίσγειν in hac significatione ponit poëta, vt Vlyssea. ν. οὐδέ τις αὐτῷ μίσγῃ, οὔτε θεῶν, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων. λέγει δὲ ἡ σωφροσύνη μίξις, ὅτι ἀμφοτέρων σπερμάτων μίξις ποιεῖ τὸ κύημα κατὰ γαλήνην. Aristoteles γὰρ οὐδὲν βούλεται σωτηρίαν τὸ τῆς γυναικὸς σπέρμα πρὸς γένεσιν τέκνων. σκῆπτρον scipionem significat, quem reges vt insigne quoddam Imperij gestabant. Est autem ab innitendo dictum, quod est σκήπτειν.

Ἦ δ' αὖ ψιχ.) Responsio muris plus satis superba & arrogans. Subijcitur nobis hoc loco præceptum, quale est Homericum hoc Iliad. ε'.

οὐ μὲν καλὸν ὑπερβίον εὐχετάασθαι

Non pulcrum est sese iactare superbe.

Et Theognideum hoc:

μήποτε κύρν' ἀγορῇσι ἔπος μέγα. οἶδε γὰρ οὐδεὶς
ἀνθρώπων ὅτι νὺξ χ' ἡμέρα ἀνδρὶ τελεῖ.

Cyrne, caue, vnquam verba loquaris grandia. nemo
Nouit homo, quidnam noxue diesue ferat.

Et hoc Aeschyli in Persis.

ξεύς τοι κολασὴς φρὸς ὑπερκόμπων ἄγαν
φρονημάτων ἔπεσιν εὔθυνος βαρύς.

Animos nimis superbos reprimere assolet
Grauis corrector Iuppiter.

ψιχάρπαξ micarum raptor. περὶ τὸ τὰς ψίχας ἁρπάζειν. Alicubi est συκάρπαξ. ficuum raptor.

ἠμείβετο) alibi ἀπαμείβετο.

Φώνησέν τε) Versus σπονδαΐζων, quo videtur poëta fastum dicentis significare voluisse. Quamuis aliâs numerorum rationem non ita accurate, vt Virgilius, ad rerum expositionem ac-

nem accommodasse videatur. πρωξάρτης est, ὁ πρώγων τοὺς ἄρτους, arrodens panes. λιχομύλη ἡ λείχουσα τὰς μύλας, lingens molas scilicet trusatiles, ad ciborum præparationem pertinentes, quas Xenophon lib. 6. κυρουπαιδ. χειρομύλας vocat. Seneca de morte Claudij Cæs. Romæ mures molas lingunt. πτερνοπρώκτης ὁ πρώγων τὰς πτέρνας, arrodens pernas. καλύβη tuguriũ παρὰ τὸ καλύπτω κατὰ μετάθεσιν τοῦ φ εἰς τὸ β.

ὣς ἢ φίλων) Allusio ad prouerb. ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον.

ὡαρ' αὐθ.) ὡάρισι Ionice. Vt ὡαρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι οἵ κέ με τιμήσουσι. Iliad. α. Eustath. schema vocat μετατύπωσιν. Tale volunt esse illud Virgilij. Nec fuga iam super vlla pericli, pro supereſt. Qui tanquam mures oberrantes alienum ἐdunt cibũ, ij Græco verbo dicũtur μυσπολεῖν. Vt est annotatũ ab Hesychio.

ἄρτ@ πρίσκοπα.) panis bene subactus & coctus. ἀπὸ τοῦ κόπτειν, quod cædere, tundere, subigere significat, est ἀρτοκόπος pistor & ἀρτοκοπεῖον pistrinum & κόπανον pistillum. Vnde κοπανισὸν fecit poëta. πρὶς autem significationem auget eorũ, cum quibus iungitur, vt apparet in πρισμάκαρις, πρισάθλιος, &c. Legitur autem in manuscripto δισκοπάνισος, quo vocabulo videtur is panis significari, quem vulgo bis coctum vocant, Græci δίπυρον & ναυτικὸν Ammia. Marcell. buccellatum.

Επ' ἀὐκύκλῳ) alibi ἀπὸ εὐκ.

πολὺ σησαμο.) Non dubito quin vera hæc sit veteris libri lectio. Nam altera orthographiam non tuetur. Est autem σησαμὶς, quod & σησάμη & σήσαμον dicitur, semen peregrinum, quod veteres soliti fuêre cum alijs admiscere edulijs, tum panibus quos σησαμῖτας & πυράμους appellarunt, & placentis, quas σησαμοῶντας, vt ex Polluce Galeno & Athenæo constat. Hodie ex Græcia & Peloponneso hoc semẽ ad nos afferri scribit Matthiol.

ἧπατα λευκο.) Iecora quæ epiploo vel peritonæo implicari solerent, de quibus. Athenæ. lib. 3. Sed Græci tradunt hanc esse appellationem placentæ similis epati, quæ vulgo fuerit vocata σαλαχαριπούγγις. μελίτωμα libum ex melle & farina quod

na quod aliâs μελίπηκτον & μελιπηδοῦτα dicitur. τὸ positum pro ὦ Aeolice. videtur autem hic esse allusio ad prouerbium θεῶν τροφή: Deorum cibus, quod de lautis epulis vsurpatur. ἀϋτὴ sicut ϐοὴ, pugnam significat ἐκ τοῦ παταγολουθοῦντος, propter clamores & strepitum pugnantium.

ὃ δεδὶ αὐ.) Manifeste discernit hominem, quẽ vult esse animũ, à corpore vt à vase illius, quæ est Platonis quoq; sententia in Alcibiade primo & alibi. οὐ γὰρ λέγει, inquit Nemesius, τὸ ἄνθρωπον εἶναι τὸ συναμφότερον, ψυχὴν καὶ σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν σώματι τοιῷδε χρωμένην, τὸ ἀξιοπρεπέστερον φανταζόμενος τῇ κατὰ τὸ ἄνθρωπον, καὶ αὐτόθεν ἡμᾶς ὀπτρέφων πρὸς τὴν τ ψυχῆς μόνης θειότητα καὶ ὀπιμέλειαν, ἵνα τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ εἶναι πιστεύοντες τὰ τ ψυχῆς ἀγαθὰ μόνα διώκωμεν, τὰς ἀρετὰς, καὶ τὴν εὐτέξιαν, καὶ μὴ τὰς τοῦ σώματος ὀπθυμίας ἀγαπήσωμεν, ὡς οὐκ οὔσας ἀνθρώπου, ἢ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ζώου μὴ προηγουμένως, ἀνθρώπου δὲ ἐπομένως, ἐπειδὴ καὶ ζῶον ὁ ἄνθρωπος. καὶ ἄλλως δὲ κυριωτέρα τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι καθομολόγηϑ. ὑπὸ ταύτης γὰρ ὡς ὄργανον κινεῖται τὸ σῶμα. δηλοῖ δὲ ὁ θάνατος. χωριϑείσης γὰρ τ ψυχῆς ἀκίνητον μένει τὸ σῶμα παντελῶς καὶ ἀνενέργητον, ὡς τεχνίτου χωριϑέντος ἀκίνητα μένει τὰ ὄργανα. Diuus Basilius eandem amplectitur sententiam, qui definiens hominem dicit esse νοῦν ἐνδεδυμένον προστφέρῳ καὶ πρεπούσῃ σαρκί.

ἀλλ' ὅπτι λεκ.) hinc musculus quidam λαχήνας dicitur, quẽ tamen alij à lingenda cauda dictum putant. Videtur autem alludere ad prouerb. κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν: virum improbum vel mus mordeat. Mirum, quod Plin. refert lib. 11. cap. 37. cum pleriscq; animalium pinguitudo sit sine sensu, hanc ob caussam sues spirantes à muribus arrodi. Scandendum autem συγκεκομμένως δάκτλον, vt μόρσιμον Iliad. υ. μόρσιμον δ' οἱ ἔς' ἀλέασθαι. νήδυμος ὕπνος qui alias νήγρετος, vnde non cito expergisci aliquis possit. à νη quod negat, vt νηριθμοὶ innumeri, νηκτοι- νεὶ impune. & δῦναι mergere. emergere Virgilio est, *Dulcis & alta quies.*

καὶ πέρνης.) πέρνη Latinis est perna, itaq; hoc nomen pedem seu calcem significare reperitur. Ac Eustath. deducit ἀπὸ τοῦ πατεῖν τὴν ἔραν, à calcanda terra. Vnde πτερνοκοπεῖν est plaudere

plaudere pedibus, vt faciebant tumultuantes in theatro. Significat autem sæpe perna pedem suillum, quam & petasona appellarunt, in qua significatione paulo superius ponitur. Mox πόνος molestia est vel dolor. In hac enim significatione antiquos vsurpasse testis est Gale. lib. 8. Methodi.

πάντα τὰ) suspicor legendum πάντοτε. κύκνον circum. Plin. lib. 10. cap. 8. ὠνοματοπεποιημένον, ἐκ τοῦ κρίζειν. Festus circaneam vocat, quia volando circulum facere videtur. Ab Aristotele tertium genus accipitris numeratur post triorchin & œscalonem. Quidam putant esse falconem.

ὀ τεύτλοις) in antiquo erat πράσοις.

ὀ κράμβας) Plin. lib. 20. cap. 9. inter brassicæ species tertio loco refert cramben, de qua & prouerbium est: Crambe bis posita mors.

ὀ κολοκυ.) κολοκυνθη cucurbita est, quam cum adiectione Dioscor. lib. 2. cap. 127. ἐδώδιμον vocat, quod sit esui, vt discernatur à colocynthide, quæ in Medicina tantum vsurpatur. de qua idem lib. 4. cap. 171. Esitasse veteres colocynthám ex lib. 2. Athenæi constat.

ταῦτα γὰ ὑμέτ.) figura orationis Homerica. νεκρέη παρὰ νηὶ πυλιγενέος βασιλῆος. Iliad. β. Tale est hoc Horatianum lib. 1. serm. sat. 4. *Cum mea nemo*

Scripta legat, vulgo recitare timentis, &c. Alicubi tamen legitur ὑμῶν.

πρὸς τάδε) Irridet rana musculum iactabundum, & modeste suas commendans commoditates iterum illum ad se inuitat.

ὀπὶ γαστέρι) μετωνυμία. significantur enim res ventri gratæ, nimirum edulia, quibus homines vescuntur.

στοιχείοις δυσίν) alibi διπλοῖς. Mox pro βαίνέ μοι ἐν. alibi est ἄρεω σ' ἐν.

ὡς ἄρ' ἔφη) Conscendit mus ranam, quamuis sciat à natura hoc sibi negatum, in aquis vt versetur, ideoque paulo post stulticiæ suæ pœnas luit. Quo loco hoc innuitur à poëta, su-

ta, ſuperbiam & iactantiam cum imprudentia coniunctam eſſe ſolere. Sunt autem hic pulcerrimæ ὑποτυπώσεις muris qua ſi equitantis in rana,& poſtea pereuntis in aquis.

ὁδ' ἔβαι.) ἐκεῖνος. ὁ γὰρ ἦλθε δύας ὅτι νῆας ἀχαιῶν.

καὶ τὸ πρῶτον.) Plutar. α: συμπος. citat hoc tanquam pro uerbium, πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δ' ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος, Nauigatio quidem iuxta terrã, ambulatio vero iuxta mare iucundiſsima eſt.

κύμασι πορφυρ.) Aratus ἅλα πορφυρέουσαν dixit, hoc eſt mare purpurans, quod verbũ ponitur in verſu Furij apud Gellium lib. 18. cap. 9. Spiritus Eurorum virides tum purpurat vndas. Cic. 2. Acad. Maris vnda cum eſt pulſa remis purpuraſcit πορφυρίζει. Cauſſam exponit Ariſtot. libro de coloribus cap. 2. φαίνεται δὲ καὶ ἡ θάλασσα πορφυροειδὴς, ὅταν τὰ κύματα μετεωρίζηται καὶ τῷ ἔγκλισιν σκιαθῇ. πρὸς γὰρ τὰ ταύτης κλισμὸν, ἀσθενεῖς αἱ τοῦ ἡλίου αὐγαὶ προσβάλλουσαι, ποιοῦσι φαίνεσθαι τὸ χεῦμα ἁλουργόν. Id eſt, Quin & mare purpureum videtur, cum fluctus, qui efferuntur, qua parte inclinant, opacati fuerint. Nam imbecilles Solis radij in marinæ ſubſidentiam incidentes, faciunt vt color purpureus appareat. Vide & XXIII. problematum ſectionem.

ἄχρηστον μεταν.) νόημα, implicata perſonæ ſententia generalis, quæ poſsit eſſe huiuſmodi: Sera eſt pœnitentia, cũ corrigendi delicti locus nullus eſt relictus. Hanc pœnitentiam miſeram vocat Plinius in panegyrico.

ἐν ᾧ οἱ ἦτορ) Fieri hoc conſueuit in metu. In captiuis Plautinis Tindarus indignatur ſuſſultare cor, cum ipſe vix aſtet præ formidine. Agamemnoni autem Iliad. κ'. in maxima animi perturbatione κραδίη ἔξω στηθέων ἐνθρῴσκει, προμέῃ δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα, Cor extra Pectus abit ſaliens, omnes tremor occupat artus. Cauſſam Ariſtot. exponit in libro de reſpirat. cap. 19. his verbis. οἱ φοβούμενοι καταφύχονται τὰ ἄνω. τὸ δὲ θερμὸν ὑποφεύγον καὶ συστελλόμενον, ποιεῖ τῷ κίνησιν, εἰς μικρὸν σωματούμενον οὕτως, ὥστε ἐνίοτε ἀποσβέννυσθαι τὰ ζῶα καὶ ἀποθνήσκειν διὰ φόβον. Id eſt, Superiores

periores metu perculsorum partes refrigescunt. Cum autem calor suffugiens contrahitur, motum efficit, quia in angustum cogitur ita, vt animalia interdū extinguantur & moriantur propter metum. Mox pro βούλεθ' ἱκέσθ alibi est, βούλετ' ἱκέσθ.

δεινὰ ἥ) pro δεινῶς, sicut, Stabat acerba fremens. Est autem post hunc versum alius ordo v ersuum in antiquo exemplo, quem exprimi curauimus, vt narrationis series esset concinnior.

ὕδρῳ δ' ἐξ.) Caussam metus declarat. ὕδρος quem & χέρσυδρον vocant, quod non in aquis tantum, sed in terra etiam degat, Latinis est natrix, ranis admodū infestus, teste Aeliano lib. 12. de animalib. c. 15. de quo plura Nicander in Theriacis, & Virgil. 3. Georg. Mox ὅιον pro ὅτι positum videtur, vel pro articulo. Fingit autem poëta ranam culpa carere, interitus muris, cum dicat illam hoc relicto, cui prodesse non posset, aquas subijsse, vitæ suæ vt consuleret. ἀλεύατο frequens est pro ἠλεύσατο. κῆρα μέλαιναν vocat mortem.

Δῦ.) ἔδυ, sicut βῆ. φῆ, pro ἔβη, ἔφη.

κατέτριζε) μύες τετριγότες Aratus. In carmine de philomela, Mus mintrat.

ἐρίω πρωθ.) alibi, οὐρίω μὴ πρῶτα πλάσ' ἐφ'.

πολλὰ δ' ἐδόα) ἔκτασις, qualis infra, πειπείθοντο θεοὶ ἄλλοι. Et Iliad. β. ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθ.

ἀπὸ στόματος) expedite, memoriter, hinc ἀποστοματίζειν memoriter recitare, memorare.

ἐχ ἄτω) Fabula, quæ perquam facete intexitur, κατ' ἀντίθεσιν, nota est de vigesimo Idyllio Theocriti, & libro secūdo metamorph. Ouidij. φόρτον ἔρωτος figurate vocat amatam à Ioue puellam. & taurum, ipsum Iouem, mutatum in taurum. Pro ἀμπιτάτας alibi est ὑπάτας.

ὠχρὸν δέμας) ὠχρὸς est de albo & flauo compositus color, vt tradit Plato, qui Latinis est pallidus, qualem fere ranarum esse constat. δέμας corpus, in quo velut reuincta est anima.

Macro-

Macrob.lib.1.in ſom. Scip.Sed poſsit aliquis ſuſpicarià ſtructura potius membrorum eſſe dictum : ἀπὸ τ δεμεῖν, quod eſt ædificare.

ὕσατο δ'.) alibi eſt ὕδασι.

ὡς ἀπὸ πέτρης) παροιμιῶδες. Vlyſſeæ. ξ. δμῶας ὄπασσύας βαλέξιν μεγάλης ἀπὸ πέτρης. Phœnix Colophonius apud Athenæ. li. 12. ἄλλ' ἰῶ ἄριστος ἐδίξν τε καὶ πίνειν, κ' ἐρᾶν, τὰ δ' ἄλλα πάντα χ πετρῶν ὤθϕ.

παγκρατίῳ) Qualia hæc certamina ſint , ex Ariſtotele rectiſs. cognoſci poteſt,qui lib. 1. Rhetor.ad Theod.cap.5. ita ſcriptum reliquit : ὁ δυνάμενος τὰ σκέλη ξιπεῖν πως,καὶ κινεῖν ταχὺ,καὶ πύξῳ,δρομικὸς.ὁ ὃ θλίβειν καὶ κατέχειν,παλαιστικός.ὁ ὃ ὥσαι τῇ πλευρᾷ,πυκτικός.ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός. ὁ ὃ πᾶσι τούτοις, πένταθλος. Id eſt,Qui poteſt crura iaculari quodammodo, celeriterque mouere , curſor à natura factus eſt. Qui premere fortiterque tenere,ad luctam eſt idoneus. Qui ictum longe à ſe pellere, pugil non malus eſt. Qui ad pugilationem luctationemque valebit,is ad pancratium exercendum accommodatus erit. Qui vero valet omnibus,quinquertio eſt. Vide plura libro quarto,συμποσ. Plutarchi προβλ. quarto & quinto.

τίαστσίν σε μυῶν κρατὸς) Iliad. β'. ὡς φάσαν ἡ πληθὺς. Thucyd.lib.1. τὸ πληθος ἐψηφίσαντο. παρεμπτικὰ hæc vocantur & ὑπομιμνήσκοντα. vbi à voce ad ſignificationem conuertitur conſtructio.

ἔχϕ θεὸς) γνώμη : *Cernit Deus omnia vindex.* Theocrit Idyl. 28. ὁ γὰρ θεὸς ὁρᾷ δικάζων. *Nouit Deus omnia iudex.* Ouid.13. Meta.

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.

Anthолog.lib.3. ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα. *Cernunt iuſticiæ lumina quicquid agis.* Prouerb. πολλάκις εἰδέναι, οἷς τὸν θεὸν ἐξαπατήσεις. *Multa, Deo quibus imponatur, noris oportet.* Plutarch. πῶς δεῖ τὸν νέον. vocat ὑπερβάσεις tales ſententias, quas rei expoſitæ ſubijcit aliquis ad declarandum ſuum iudicium. Nam de Homero loquens,οὗ ὄ, inquit καὶ τοῖς ὑπερβάσεσι

ξήτεστι λεξη), καθάπερ τινὰ ψῆφον ἰδίαν ὀπιφέρων τοῖς ῥαπτομένοις ἢ λεγομένοις. ὅπι μὴ τ μοιχείας τ ἄρεως τοὺ θεοὺς ποιῶν λέγοντας, οὐκ ἀρετᾶ κακὰ ἔργα, κιχάνῃ τοι βραδὺς ὠκυὼ, &c.

ποινὴὼ αὐτίκα) Insunt morientibus præsagia, vt in Patroclo apparet mortem Hectori, Iliad. π. & in Hectore interitum Achilli prædicente Iliad. χ.

ταῦτ' ἀπὼν) Nuntiatur muribus interitus Pſicharpacis à Lichopinace, quo nuntio moti iubent aduocari concionem ad deliberandum de vindicanda iniuria.

ἀπέπνευσεν) expirauit, id est efflauit animam. Iliad. δ'. dixit integre, θυμὸν ἀποπνείων. λιχοπίναξ dicitur ὁ λείχων τοὺ πίνακας, lingens scutellas.

ἐξολόλυξε) eiulauit. ποιποιμφύον. alias ὀλολύζειν & ὀλολυγμὸς clamorem lætum seu alacrem notat. Plin. lib. 11. c. 37. ranas mares ololygones vocari scribit, cum voce cient ad coitum fœminas. Sed Aristot. lib. 4. Histor. Vocem ranarum vocat ὀλολυγόνα, qua mares in aquis ad se alliciunt fœminas. καὶ τὼ ὀλολυγόνα ὃ τὼ γινομφύλιων ἐν τῷ ὕδατι οἱ βάτραχοι οἱ ἄρρενες ποιοῦσιν, ὅταν ἀνακαλῶνται τὰς θηλείας πρὸς τὼ ὀχεῖαν. Quare suspicor in Plinio legendum ὀλολύζοντας.

ὦρ' ὄρθρον) Innuit Poëta, quo tempore suscipi debeant grauissimis de rebus deliberationes. Clemens Alexand. lib. 2. pædagogi. διὸ οἱ μφὼ πλεῖσοι ἀνίεσθαι φασι δεῖν παρὰ τοὺ ποτοὺ, καὶ τὰ σπουδαῖα εἰς ἕω ὑπερτίθεσθαι. quapropter vulgus dicit inter pocula animũ esse relaxandum, & res serias in auroram differendas. Itaq; Phœnici cum legatis ad reconciliandam gratiam misso ab Agamemnone respondet Achilles Iliad. ι. ἅμ' ἠῒ φαινομένηφι φρασόμεθα. Aurora vbi crastina surget, Consultabimus. Sed alibi dicitur: γαστρὸς ἀποπλείης βουλὴ, καὶ μῆτις ἀμείνων Repleto melior est consultatio ventre, de quo disputatur in VII. sympos. Plutarchi. pro ἀγορεὼ alibi est ἀγορεύδε. Et pro νεκρὸς δέμας, νεκρόν.

ὡς δ' ἦλθον) Oratio Troxartæ valde παθητικὴ, in qua insignis est μετάσασις, vbi pater suffocati muris dicit, non ad se

solum

ſolum luctus huius acerbitatem pertinere, ſed ad totum genus murium, cum ſingulis idem ſit periculum à ranis metuendum, quo circumuentus Troxarta vitam amiſit. Ita ſæpe oratores cauſſæ magnitudinem exaggerantes, non de vnius alicuius in iudicium adducti capite fortunisq; agi aſſerunt, ſed de communi omnium ciuium ſalute. Cic. Cum tabella vobis dabitur, iudices, non de Flacco dabitur ſolum: dabitur de ducibus autoribusq; conſeruandæ ciuitatis, dabitur de omnib. bonis ciuibus, dabitur de vobiſmetipſis, dabitur de liberis veſtris, de vita, de patria, de ſalute communi. Docet autem præclare Ariſtot. rhetor. ad Alexand. cap. 3. quæ ſint προφάσεις τοῦ πόλεμον ἐνφέρειν πρός τινας. qui locus huc aſſumatur.

ἡ μοῖρα) alibi πεῖρα. Et mox pro εἰμὶ δ' νῶῖ ἐλεεινὸς alibi eſt εἰμὶ δ' ἐγὼ δύσμορος.

ἐχθίστη γαλ.) alibi ἔχθιστος, quod Atticum eſt, vt κλυτὸς ἱπποδάμεια.

καινοτέραις τέχναις) Comparatiuus pro poſitiuo, quæ ἑτέρωτις frequens eſt apud Homerum.

ξύλινον δόλον) alibi δόμον. παγὶς autem & πάγη quamuis machinam ſignificat vel laqueum ad capiendas feras paratum. μύσπαλα vero & μύαχρα proprie eſt muſcipula, quam eleganter deſcribit Oppia. lib. 2. ἁλιευτικῶν. Pro ὁπλισώμεθα paulo inferius, alicubi eſt ὁπλισόμεσθα καί.

ἐν ἔντεσι δαιδαλ) Quicquid elegans eſt & venuſtum, δαιδάλεον dicitur, à Dædalo excellente ſtatuario, vt δαιδαλέη χηλὸς arca affabre facta. & δαιδαλέον σάκος arte elaboratus clypeus. Iliad. ω. καλύπτρη δαιδαλέη rulla inſigni opere facta. in theogo. Dædala tellus, varietatis plena. Lucret. lib. 1. Dædala lingua, opifex orationis. lib. 4. Dædala ſigna, artificioſa. lib. 5. λογοδαίδαλοι orationis poliendæ artifices. ὀψοδαίδαλοι opſoniorum præparandorum artifices.

ταῦτ' εἰπὼν) ἔκφρασις armorum, quibus mures vſi fuerunt. κορύσσειν armare & incitare ſignificat. Quod autem dicitur

Martem incitaſſe mures ad bellum, id eſt γλυκὺ ποιητικὸν, quo ſignificatur illos magna alacritate bellum ſuſcepiſſe. Tale eſt Iliad. ϱ. de Hectore. δῦ δέμεν ἄρης δεινὸς ἐνυάλιος.

ῥήξαντες κυάμους χλωρούς) Quid ſi legas κυάμων χλωρόν, vt intelligatur viridis cortex fabarum.

λύχνου τὸ μεσομ.) Puto eſſe vmbonem ſeu bullam ornatus gratia additam lychno. Nam & in galeis ὀμφάλους nominat poëta eadem ſignificatione. Sunt qui putent laternæ fundum orbiculatum iſto vocabulo ſignificari. Pollux partes ſcuti nominat ὄμφαλον & μεσομφάλιον &c.

ὄπὶ κροτα.) alibi ὀπὶ κροτάφοις ἐρεβίνθου. Eſt autem ἐρέβινθος Cicer.

ὕτω μὲν.) Cum ranæ rumore nuntio certiores factæ de bello, quod cõtra ipſas moueretur, frequentes conueniſſent conſultaturæ quid faciendum eſſet: aduenit fecialis Embaſichytrus, qui murium nomine & autoritate bellum ipſis indicit. Nullum enim bellum eſt iuſtum habitum, niſi quod aut rebus repetitis gereretur, aut denunciatum ante eſſet & indictum.

ὡς δ' ἐνόησαν) Q. Curt. lib. 8. Fama enim bella conſtant, & ſæpe etiam quod falſo creditum eſt, veri vicem obtinuit.

ἤ τις ὁμιλῷ) alibi ἤ τις ὁ μῦθος. alibi, θρύλλος.

πολέμοιο καὶ.) ἔλλειψις τοῦ ἕνεκα ἢ χάριν. qualis eſt:

Iuſticiæ ne prius mirer, belline laborum. 11. Aeneidos.

σκῆπτρον.) in antiquo erat ξάεδον. τυρόγλυφος caſeorum excauatorem ſignificat: ἐμβασίχυτος inſcendentem in ollas.

πόλεμόντε μαχ.) Geminatio hæc vocum ἐξηγητικὴ veteribus vſitata eſt, vt differentias illarum exquirere non ſit ſemper neceſſe. Talis eſt: ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξῃ, Iliad. α. Mox pro ὄνπερ ἔπεφνεν, alibi eſt, ὃν κατέπεφνεν.

μάχεσθε) Infinitiuus in ſignificatione imperatiua, Ionice.

ὡς εἰπὼν) Cum ranæ percellerentur nuntio impendentis belli,

belli, rex Physignathus innocentiæ suæ conscientia fretus hortatur illas ad sumendum arma contra iniustam vim murium,& consilium quoddam suum exponit,quod si sequantur,victoria potituræ esse videantur.

λόγος δ' ἁς) Plaut. rudente. *Muliebris vox mihi ad aures venit.* Inferius paulo pro ἔνοπλοι σῶμεν, alibi est, ἐνοπλισώμεν. Et mox pro σωὶ ἐκείναις, σωὶ ἔντεσιν. ἀκόλυμβοι, autem, id est, natandi imperiti dicuntur mures terrestres, vt discriminentur ab ijs qui in aquis degunt, quos ἐνύδρους vocat Plutar. 4. sympos. proble. vltimo. τρόπαιον victoriæ signum, quod eo in loco erigi solebat, in quo victus erat hostis, vt esset posteris virtutis monumentum. τὸ γὰρ ἱσᾶν τρόπαιον παραφρασικῶς ἴσον τῷ νικᾶν, ὡς ἐκ τοῦ τῆς μάχης ἀποτελέσματος, καθ' ὃ ἐπιτρέποντό τινες. Eustath. Iliad. κ'.

ὡς ἄρα) In antiquo exemplari habetur alius versus. ὡς εἰπὼν ἀνέπαυσε καθοπλίζεσθαι ἅπαντας. Describitur autem deinceps ranarum πανοπλία perquam decenter. μαλάχη genus maluæ ἀπὸ τοῦ μαλάττειν, ab emolliendo ventre. Plin. lib. 20. cap. 21. τεῦτλον & σεῦτλον beta est. ὀξύχοινος genus iunci apud Dioscor. & Plin.

ἀρήρει) ἀνήρμοστο, ab ἄρω, cuius medium præteritum est ἦρα. Attice ἄρηρα, vnde ἀρήρειν.

κοχλιῶν λεπῶν) Possit aliquis suspicari pro λεπῶν legendum λέπυρον vel λέπυρα, quod nomen testam significat. ita sententia fuerit: Et contegebant capita galeæ, quæ erant testæ cochlearum.

θυμῷ δ' ἔπλητο) Tale est illud Iliad. α. μένεος δέ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι πίμπλαντο. Et Iliad. ι. κεῖνος γ' οὐκ ἐθέλει σβέσαι χόλον, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον πιμπλάνεται μένεος. Est autem ἔπλητο positum pro ἐπέπλητο.

ζεὺς ἦ) Hæc est quasi ὑπόθεσις fabulæ, Cum instructo ex vtraq; parte exercitu prælium iam esset committendum, inducit poëta Iouem hortantẽ Mineruam F. vt opem ferat muribus familiaribus suis. Ea respondet neque muribus se opem

pem laturam,neque ranis,quod ab vtriſq; affecta ſit quibuſdam iniurijs.Autor etiam eſt alijs Dijs,vt ſpectatores potius eſſe velint,quam periculum pugnæ ſubire. Ita dilatatur argumentum fabulæ,ſimulq; hoc ſignificatur,quod alibi in Iliade, nunquam prælia committi, quin diuina prouidentia euentus victoriæ gubernetur. Innuitur & hoc,rerum futurarum ſcientiam diuini numinis eſſe propriam. Iſocrat. κ) σοφισῶν. οἶμαι γὰρ ἅπασιν ἂν) φανερὸν, ὅτι τὰ μέλλοντα προγινώσκειν, οὐ τ ἡμετέρας φύσεως ὄζιν : οὐδὲ τοσοῦτον ἀπέχομεν ταύτης τῆς φρονήσεως, ὥσθ' ὅμηρος, ὁ μεγίστην δόξαν ὅτι σοφίᾳ ἔχων, καὶ τοὺς θεοὺς πεποίηκεν ἔστιν ὅτε βουλευομένους περὶ αὐτῶν, οὐ τὴν ἐκείνων γνώμην εἰδὼς, ἀλλ' ἡμῖν ἐνδείξασθαι βουλόμενος, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἔν τι τῶν τοιούτων τ ἀδυνάτων ὄζιν. Id eſt : Cenſeo hoc perſpicuum eſſe vniuerſis,rerum futurarum præſenſionem naturæ noſtræ non eſſe conceſſam. Nam ab hac prudentia ita longe abſumus,vt Homerus maximam ex ſapientia laudem adeptus , interdum etiam Deos fecerit conſultantes de rebus futuris , non quod ſententiam illorum ſciret: ſed vt nobis ſignificaret,hoc vnum ex eorum eſſe numero,quæ præſtari ab hominibus nequaquam poſſunt.

οἱ δ' κενταύρ.) Vide Diodor. Sicul.lib.5.de fabuloſis antiquorum geſtis,& Plin.lib.7.cap. 56.

ἔοργαν) pro ἐόργασι. ab ἔργω, τὸ ἐργάζομαι, ſicut ab ἔλπω eſt ἔολπα.

ἔδακε Φρένας) Iliad. ε. δάκε δ' Φρένας ἔκτορι μῦθος. Ariſtoph. Acharnenſ. ὅσα δὴ δέδηγμαι πρὸ ἐμαυτοῦ καρδίαν. Virgi. *Quando hæc te cura remordet.* Lucret lib.3. *Præteritisq; admiſſa annis peccata remordent.*

πέπλον μὲν) πέπλος ſeu πέπλον palla fœminea, παρὰ τὸ πρέπω, οἱονεὶ πρέπαλος. Euſtat. Conſecrabatur autem Mineruæ, vt autori & inuentrici artis texendi peplum Panathenaicis magnis,in quo Gigantomachia eſſet intexta. Et Panathenaicis paruis aliud quoddam peplum , in quo Titanomachia. Allegoriam pepli ita explicat Euſtath. Iliad. θ. τὸ μὲν ποικίλον τοῦ τ ἀθηνᾶς πέπλου τὸ πολυιδὲς δηλοῖ τῆς φρονήσεως. διὸ καὶ σωτὴρ ὀδυσσεὺς πολύμητις καὶ πολυμήχανος καὶ δόλους πολλοὺς εἰδὼς λέγεται. τὸ δ' ὅτι αὐτὴ ἡ πέ-

τὴν τ' πέπλον ἐποίησατο, τὸ ἀφροσδὲς καὶ αὐταρκὲς δηλοῖ τ φρονήσεως. ἠπητής, παρὰ τὸ ἠπεῖν τὸ ῥάπτειν suere, sarcire, sartor vel sutor, vt in prouerb. ὑφαίντου παίσαντος ἠπήτης ἐτύφθη. textore lapso sartor vel sutor vapulauit. Thomas Mag. ἀκέσης ἱματίου λογογραφικόν, καὶ ἀκούμενος ἱμάτια. λουκιανὸς ἐν νεκυομαντείᾳ. μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τ ὑποδημάτων. ἠπήτης ὁ ποιητικώτερον. ὅμηρος ἐν βατραχομυομαχίᾳ. ὁ δ' ἠπήτης μοι ἐπέεσσι. τὸ δ' ῥαπτὴς κοινόν. καὶ ἀκέσασθαι μῦθοι καὶ ἠπήσασθαι ἀπικοί. ἀριστείδης ἐν τῇ κοινῇ ὑπολογίᾳ. τ ἱματίων τ ἠπημένων οὐδὲν διαφέροντες. καὶ ἀριστοφάνης ἐν δαιταλεῦσι. καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι. Hoc autem loco suspicor vocabulum καταχρησικῶς positum, vt significet textorem.

εἰσὶ γὰρ) Hoc dicit: animus ipsarum non constat sibi, hoc est, sunt stolidæ. Iliad. ζ'. τούτῳ δ' οὔτ' ἄρ νωῒ φρένες ἔμπεδοι, οὔτ' ἄρ ὀπίσσω ἔσσονθ'). Iliad. κ'. οὐδὲ μοὶ ἦτορ ἔμπεδον ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. Eustat. φρένες ἔμπεδοι ἐναντίον τῷ, φρένες ἠρέτονθ'). ἰλιαδ. γ.

ἕως ἐβόησεν ἀλέκτωρ) Plin. lib. 10. cap. 21. Hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno natura genuit, norunt sidera, & ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum, quartaq; castrensi vigilia ad curas laboremque reuocant, nec solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemque venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum.

ὡς ἄρ ἔφη) Aggreditur iam poëta descriptionem pugnæ, & producit primum præcones signiferos, & culices, qui tuba signum dent pugnæ. Nam culicibus, inquit Plinius lib. 11. cap. 2. natura truculentam, & portione maximam vocem ingenerauit. Attribuit eadem etiam proboscidem tubæ similem.

καδδ' ἦλθον) κατῆλθον ὑ. τμῆσις. De signis militaribus quibus diuersæ nationes in bellis vsæ sunt Alexan. ab Alexan. lib. 4. cap. 2.

δῆνὸν ἐσαλ.) vt apud Maro. *Dat belli buccina signum.* οἱ παλαιοὶ πρὸς σύμβολον τοῦ κατὰ τὴν μάχην πυρῴδους, οὐ σάλπιγγι μόνον ἐν

πολέμοις ἐχέωντο, ἀλλὰ καὶ δαλῷ ἀμφιειμένα σωϊτέων μάχλω. Eustath. Iliad. ν.

πρῶτα δ') Hæc est sane quam luculenta pugnæ descriptio, de qua facta est poëmati inscriptio. Significantur autem in hac descriptione cum alia, tum hoc: ξωιὸς ἐνυάλιος, καὶ τοι κτανέοντα κατέκτα. Iliad. σ'. *Communis Mars est, occidit & occidit ipse.* Et hoc. Mars ex acie fortissimum quenque pignerari solet. Philippica XII. ὑψιβόας est alte clamans. λιχμώωσι lambens virum, sic ἀλεξήνορα χαλκὸν dixit poëta, & ἀγήνορα οἶνον. Sed alij eum musculum λιχμήνορα esse volunt, qui caudam lingat suam.

καδδ' ἔπεσεν) καθέπεσεν ὃ. ἐθείρεω & ἐθείρεις cincinni. ἀράβησε δ' τεύχε' ἐπ' αὐτῷ *Sonitum super arma dedêre.* πρωγλοδύτης subiens cauernas musculus. πηλείων rana, quæ suprà πηλεὺς, & paulo post πηλούσιος lutaria, ἀπὸ τοῦ πήλου. σευλαῖος betaria. ἐμβασίχοτος scandens in ollas. ἀρτοφάγος panum vorator. πολύφωνος garrula.

πέτρῳ μυλο.) ὑπερβολὴ, Aliquoties poëta mentionem facit iactus lapidum in pugna. Sed Virgilio minus hoc virile visum est. ὠκιμίδης ab ocimo, quæ herba alias Basilicon appellatur, Basilien.

κάππεσε) κατέπεσε. Aeolica συγκοπή. qualis est κάββαλε, καμμίξας, κάλλιπον.

χορδῇσι) χορδὴ εὐτραφὲς καὶ εὔκλωστον ἔντερον. Eustat. vnde & fides dicuntur chordæ, quod ex intestinis parentur. Alibi pro λιπαρῆσιν ἐπ'. est λιπαρῆσι τ' ἐπ'.

λαγόνεσι) κατὰ τοὺς λαγόνας. λιμνήσιος palustris. τυρόγλυφος excauans caseos. πτερνόγλυφος excauans pernas. καλαμίνθιος, ἀπὸ τ' καλαμίνθης, de qua Dioscor. lib. 3 cap. 36. Legitur autem versus, cuius initium est, τυρόγλυφον δ' ἐπ'. alibi immutatus hoc modo λιμνήσιος δ' ὄχθαισι τυρόγλυφον ἐξενάριξε. sed male.

τλὴ ἀσπίδα) Composita voce ἐνιψάσπις appellatur, qui abiecto scuto locum in acie deserit. Quæ vox prouerbialiter etiam vsurpatur de ignauis & timidis. Vide Prouerbium

Abiecit

Abiecit haſtam. λιπαῖος prædator, graſſator. ſed λιπαῖος deraſor fuerit aut foſſor. Alibi eſt φιτραῖος, in quo eſt ſignificatio ſtipitis ſeu trunci. Alibi χυτραῖος ollicola. βορβοροκοίτης cubãs in cœno. πρασοφάγος porriuorax. κνισοδιώκτης ſectator nidoris.

τένοντα) ceruicem, pars pro toto. τένων enim ſignificat ligamentum connectens ſpondilos ceruicis. Significat & poplitum neruum latum & validum tendentem ad calcem. πηλοβάτης incedens per lutum. κραυγατίδης patronymica forma ἀπὸ τ῀ κραυγῆς à clamore. Alibi legitur κραμβατίδης & κραμβοβάτης quo crambæ conſcenſor ſignificatur, vel qui eius herbæ ſpeciem colore referat, ſi φ ſcribatur.

ἔκχωτο) ἐξέχωτο.

τρυφάλειαν) περικεφαλαίαν τρεῖς φάλους ἔχουσαν, galeam habentem tres conos. Euſtath. ξαφ. ε. Mox loco πρασαίου alibi eſt ἐρικτύνος quo ſignificatur columen culinæ.

ἐς πόδα ἀκρόν.) πους ἀκρὸς qui proprie pes. ſicut χεὶς ἀκρὴ quæ proprie manus dicitur.

ὀρφγαίων) ὀρείγανον ſeu ὀρίγανον, Latine cunila, Dioſcor. lib. 3. Wolgemut.

ὣς δέ τις.) Cum mures victoria potituri viderentur, Iupiter ad ranas illam conuertit, quæ ſine cauſſa ad pugnã fuerant prouocatæ. Deus enim belli exitum moderatur, & victoriam pro arbitrio vtri parti vult, attribuit. αἰεὶ γὰρ τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέτε ἀνδρῶν, ὅσε καὶ ἄκλιτον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκλην ῥηιδίως, ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρώνσι μάχεσθ. Iliad. π. & ρ. Id eſt: *Nam Iouis humano potior ſententia ſenſu eſt, Ille dat oppreſſis vires, adimitque ſuperbis, victoreſq; facit, quos vult, victoſque viciſſim.* Obſeruetur hoc loco ἦθος adoleſcentis θυμικὸν καὶ θερμαλέον. cuius cauſſam in hac ætate exponit Ariſtoteles. 2. Rhetor. ad Theodect.

ἐν μύεσσι) producta prima, quæ ſuperius aliquoties eſt correpta. ἀρτεπίβουλος inſidians panibus, περιδάρπαξ particularum raptor.

ἀρισεύεσκε) Ionice, pro ἀρίσευε.

σεῦτο) ἐσεύετο, quod volunt apud poëtam habere significationem asseuerationis vel potius iactantiæ.

εἰ μὴ ἄρ.) Frequens hoc est apud Homerum, quo significatur, Cum non est locus consilijs, vel potius auxilijs humanis: tum diuinum requiri auxilium, idq; præsto esse solere in extremis periculis. vnde & prouerbium est natum, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Iliad. γ', καὶ νύκεν ἐίρυσσέν τε, καὶ ἄσπετον ἤρατο κῦδος: εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε διὸς θυγάτηρ ἀφροδίτη, &c. Iliad. θ. καὶ νύκεν σήκαδεν κατὰ ἴλιον ἤὺτε ἄρνες, εἰ μὴ ἄρ ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Iliad. υ. ἥ δέκε πηλείδης κεδὸν ἄορι θυμὸν ἀπήυρα, εἰ μὴ ἄρ ὀξὺ νόησε ποσειδάων ἐνοσίχθων.

πατὴρ ἀνδρ.) Aristot. θ. νικομαχ. ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱεῖς κοινωνία βασιλείας ἔχει σχῆμα. τῶν τέκνων γὰρ τῷ πατρὶ μέλει. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὅμηρος τὸν δία πατέρα προσαγορεύει. πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται εἶναι βασιλεία εἶναι). Patris enim cum filijs societas regni speciem quandam præ se fert. Nam filij patri curæ sunt, hinc & Homerus Iouem patrem appellat. Patriam enim potestatem regnum proxime videtur imitari. Eustath. πατέρα λέγει τὸν δία, ὡς ἀρχέτυπον. τοὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποις πατέρας ἀφιδρύματα τοιούτου πατρὸς διός φασιν οἱ παλαιοί. Idem tamen alibi aliter hoc exponit.

κινήσας ἠὲ κάρη) ἔθος τῇ ποιητῇ τοιαῦτά τινα τερατολογεῖν ὅπῃ τῶν θείων κινήσεων κατὰ ἔννοιαν σωματικωτέραν. Eustath. α. Iliad.

ὤ πόποι) χειρονομικὸν, quale hoc, Proh Dij, Dij immortales. βλεμεαίνειν gestibus inprimis oculorum commotionẽ animi significare. Iliad. θ. ἕκτωρ δ' ἐν πρώτοισι κίε δεινῷ βλεμεαίνων, quod quasi explicans poëta paulo post inquit, γοργοῖς ὄμμασι' ἔχων.

ἀπαμέρ.) Habet hoc verbum significationem vicissitudinis, qualis est in colloquijs.

ὦ τιτανίας) Historia est in Theogonia Hesiodi, & alibi.

κρονίδης δ' ἔβαλε.) Ita Iliad. θ. dirimitur pugna misso fulmine. βροντήσας δ' ἄρα δεινὸν ἀφῆκ' ἀργῆτα κεραυνὸν &c. Cur Ioui fulmina attribuãtur disputat Seneca lib. 2. nat. quæst. cap. 41. & sequen-

sequentibus. vide & Plin. lib. 2. cap. 20.

μέγαν δ' ἐλέλιξεν) Eustath. πολλαχοῦ ὁ ποιητὴς ἢ τραχυῴζ, ἢ λεαίνει τὰς λέξεις, καὶ τῷ αὐτῷ σωθήκῃ ὀπίτηδες ἀναλόγως τοῖς φραζομένοις πράγμασιν.

ἵέτο πορ.) Alibi ἔλπετο.

ἦλθον) Descriptio cancrorum αἰνιγματώδης, qualis est lib. 6. anthologij Tit. 3. Statyllij Flacci, quam ascribere libuit.

Ραιβοσκελῆ, δίχηλον, ἀμμοδύτην,
Ὀπιθοβάμον' ἀτρέχηλον, ὀκτάποων,
Νήκταντ' ἐρυμνόνωτον, ὀξυακόχεα,
τῷ πανὶ τ' ἀγόυρον ὁρμιηβόλος
ἄλκας ἀπαρχὰν ἀντίθησι Κώπασος.

χηλαί cancrorum & scorpionum brachia.

λοξοβάμ)) Hinc est prouerb. καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις: Cancrum recta ingredi doces. quod Aristopha. in pace ita extulit: οὔποτε ποιήσῃς τ' καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν. *Ambulet vt cancer recta haud effeceris vnquam.* στρεβλοὶ oculis distortis, id est, διάστροφοι, alias φολκοί. καρκίνους etiam quasi κορακίνους à motu pupillarum dictos perhibent. ψαλιδόστομοι ore fornicato, vel forficulos in ore gestantes. βλαισοὶ distortis & prauis cruribus. Galenus de morborum caussis. καλῶ δὲ βλαισὸν μὲν τὸ ὀπὶ τὸ ἐκτὸς ξέπον. ξαυὸν δὲ τὸ ὀπὶ τἀναντία. Pollux. ξαυοὺς καλοῦσιν οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη: βλαισοὺς, οἷς τὸ ἀπὸ τῶν γονάτων εἰς τὸ ἔξω ἀπέστραπται. Eodem prope modo Latini varos & valgos discernunt.

οἱ ῥὰ μυῶν) Cancrorum strategema, qui mures à tergo circumueniunt.

Pacis amans Deus est: illi concordia curæ,
Et qui concordes commoda pacis amant.
Qui vero hæc turbant sine caussa bella mouentes,
Hos vindicta Dei pœnaq; iusta manet.

FINIS.

SCHOLIA PHILIP. MELANCHTHONIS IN HOMERI BATPAXOMYOMAXIAN, AB ADOLESCENTE STUDIOSO EXCEPTA.

QVOD quidam non indocti dubitant, ísne Homerus qui Iliada & Odysseam reliquerit, hoc mellitísimum carmen scripserit, non est quod labores. Constat enim ex ipso opere, quendam eximium & multo maximi ingenij hominem fuisse, à quocunque profectum sit hoc poëmation. Quod si nihil aliud, genus tamen carminis Homerum autorem testatur. Est autem Homerus vnicum & bene dicendi & bene iudicandi siue sentiendi exemplum, cuius fabulas si diligenter discusseris, non oscitantem & minime dormitantem philosophorum sapientiam dixeris. Operi huic à re βατραχομυομαχίαν nomen indidit, quod significat ranarum & murium pugnam. βάτραχος enim ranam, μῦς murem, μάχη pugnam Græcis denotat. Volebat autem poëta hoc argumento adolescentibus odium turbarum & seditionum inserere. Et quod tandem vincũt ranæ auxilio diuino, eo significatur, in caput plærunq; autorum seditionis verti periculũ, quod alijs moliebantur.

ἀρχόμενός πρῶτον) Inuocat Musarũ cœtum, hoc est Musas vniuersas, vt rem leuem ac ludicram grauiorem atrociorem q; reddat. χορὸν quidam à χάρα, id est, gaudium & lætitia, deducunt, quod chorus gaudij & lætitiæ cœtus sit.

ἐλθεῖν εἰς ἐμὸν ἦτορ.) Subire meum cor. ἦτορ quoddam intestinum sub corde statim, autore Polluce.

ἐπὶ γούνασι θῆκα) Genubus imposui, hoc est, scribere instituí.

δῆριν ἀπδε.) Propositio.

πολεμόκλονον) notabilis est ἐτυμολογία nominis. πόλεμος à πολλὰ καὶ ὀλέθω quasi multa perdens.

γηγενέων αὐδε.) Amplificatio ab exemplo Gigantum.

μῦς

μῦς πολὺς) Narratio & amplificatio à circumstantia, quod fingit murem effugisse felem.

προσέθηκε γνάθον) inseruit mentum. ὑποτύπωσις rhetorica.

κατεῖδε) vidit, conspexit. κατ' Græcis in compositione eam fere significationem habet, quam dis Latinorum. λιμνόχαρις τὴν λίμνην χαίρων stagno gaudens, quæ palude oblectatur.

ξεῖνε τίς εἶ) Vulgaria hæc sunt, quæ Græci ἄτεχνα vocant, quod nullo artificio constent.

εἰ γάρ σε) Primum hic discas non temere, sed cum delectu faciendos esse amicos. Deinde obseruabis summam hospitalitatem & munificentiam veterum.

εἰμὶ δ' ἐγὼ) A maiestate regni, & à natiuitate & diuturnitate imperij. Nam quorum imperia modesta sunt, eadem firma & perpetua sunt. φυσίγναθος, ἀπὸ τοῦ φυσᾶν τὰς γνάθους quod inflet maxillas.

ὑδρομεδέσῃ) τῇ βασιλίσσῃ τοῦ ὕδατος, hoc est, reginæ aquarum.

μιχθεὶς ἐν φιλο.) Hoc sane modo autor hic concubitus passim suo in carmine describit. Habuit enim vbiq; rationē auriū. neq; vllus est poëtarū, qui modestia Homero sit prior.

τίπτε γνώμῳ) Responsio est arrogantiss. Psicharpacis musculi, cuius oratione, quemadmodum Plautus Pyrgopolinicem, Terentius Thrasonem finxit: ita Homerus eius generis fastum, arrogantiam & violentiam in muribus adumbrat. propterea decoris ratio & œconomia argumenti postulabat, vt statim suas laudes pleno ore mus caneret. In ranis autem poëta mediocrium hominum conditionem adumbrat. ψιχάρπαξ micarum raptorem sonat. ψίχαν enim micam, ἅρπαγα rapacem vocant. τευξάρτης ἀπὸ τοῦ τρώγειν τὸν ἄρτον, quod voret panem. λιχμύλη, ἀπὸ τοῦ λείχειν τὰς μύλας, hoc est a lambendis molis. πτερνοτρώκτης, ἀπὸ τοῦ τρώγειν ἐκ τὰ πτέρνης ab eo quod pernas arrodat.

γεύσατο δ' ἐν καλύβῃ) amplificatio à victu & educatione regia.

ὡς ἢ φίλον) Comparatio a dissimili. persequitur autem deinceps

deinceps victum reliquum, & inserit πάθος. ἄρτος τρισκοπάνιστος, Panis recoctus seu ter pistus. Laus amplior à ratione victus splendidissima. Gloriatur autem veluti cupediarius.

πλακῦς τανύπεπλος) placenta perlata, ac cum ampla ora. Quod lacinioſum quodq; peramplum existit, id à similitudine vestimenti muliebris πέπλον Græci vocare consueuerunt.

ἔχων πολλὼ σισαμῖδα) Continens plurimum Sisami. Sisamum autem vt vocat Plinius, vel vt reliqui autores Sesamum, est leguminis genus, minus quam oryza, sic olim habitum in delicijs veterum, vt ex eo pinseretur panis, autore Athenæo.

μελίτωμα) Confectio ex melle, dulciarium.

πρὸς θοίνῃ) θοίνη conuiuiũ ἀπὸ τῦ θεοδώτου οἴνου, hoc est, à Deo & vino. Nam, vt Athenæus ait lib. 2. διὰ τοὺς θεοὺς οἰνοῦσθαι δεῖν ἐνομίζομεν. Publice enimuero antiquitus non solebant, nisi sacrorum caussa conuiuari, atq; in solis Deorum festis vino largius indulgebant. Inde factum est, quod vetera ista conuiuiorum nomina sacram habeant appellationem. Et solebant in conuiuijs illis solennibus solo mero potari. aliâs dilutum bibebat Græcia. atq; hinc est, quod Homerus passim fingit vino aquam misceri.

ἀδέπολ' ὅτι) Commemorat ordine deinceps, quæ virtute contingant. πρόμαχος is est, qui primus cum hoste conflictatur, in prima acie pugnans.

ἀ δέδι) Amplificatio haud inelegans.

πῆ ἀ πόνῳ) πόνος nunc laborem, nunc dolorem, nunc molestiam significat. qua super voce Cice. in Tuscul. quæstionibus pulcerrime disputat.

νήδυμῳ ὅτι) νήδυμος ὕπνος dicitur, vnde ægre quis expergefieri potest. Dulcẽ sæpe interpretantur ἀπὸ τ῀ νη, quod subinde significatum auget, & δύω, id est subeo.

ἀλλὰ δύω μάλα) Duos habent mures infestiss. hostes, accipitrem atq; muscionem. Tertium quoq; haud minus noxium

noxium hoſtem addit poëta muſcipulam. Plin. naturalis hiſtoriæ lib.10.cap.8. hunc accipitrem, quem nos vulgo vocamus ein meuſer, à reliquis accipitrum generibus ſic diſcernit, quod hunc ſcribit vno pede eſſe claudum.

ἀτρώγω ῥαφ.) Comparat hic mus ſuum nutricatum, ad ranæ alimenta iactabunde. Obſeruabis inſuper hoc loco poëtã dicere ξαφάνη inſolenter, cum apud alios autores tantum reperiatur ξάφανος,ου. & ξαφανὶς, ίδος. Obſeruabis itidem autores promiſcue vſos eſſe vocabulo braſsicæ & crambæ, & inde dici prouerbium: δὶς κράμβη θάνατος, hoc eſt, Crambe bis poſita mors.

θαύματ' ἰδέσθαι) mirabilia videri, hoc eſt, quæ mireris ſi videas. Latini dicunt viſu. Græci vero libenter crebris in oratione vtuntur infinitiuis.

μήποτ' ὄλῃαι) pro ὄλῃ, ab ὄλλω.

εἰσαφίκῃαι) Venias, ſubiunctiuus Ionicus.

χεῖρας ἔχων) ὑποτύπωσις admodum iucunda. Monet hic etiam poëta, fere incautos eſſe Thraſones.

κύμασι πορφυρέοις) αὔξησις eſt ampliſsima. Ariſtoteles in libello περὶ χρωμάτων, reddit rationem, quare poëtæ purpureos fluctus appellitent.

ἄχρηστον μεταν.) Noëma pulcerrimum. Liuiana vox eſt: Euentus ſtultorum magiſter.

δεινὰ δ' ἐπεσονάχιζε) Græciſmus, qualis eſt: horrendum clamat, pro horribiliter. Eſt vero amplificatio egregia à circumſtantijs.

φόβος κρυόεντ.) Perelegans ὑποτύπωσις & alia atque alia circumſtantia. Sed verſuum ordo alius eſt hoc loco in veteri exemplari.

ἀπὸ στόματος) Ita recenſebat, vt nuſquam impingeret. quod Græcis eſt ἀποστοματίζειν memoriter recitare, commemorare.

ἀχ ἄτων νώτ.) Comparatio eſt à diſsimili, & ab exemplo. Grata item ἀντίθεσις, pugnantia enim nomina componuntur. φόβ-

tur. φόρτον ἔρωτος onus amoris, veluti gratum.

ὅτ' ἀφρώπλῳ) Dixere Græci εὐφώπην, quod sit fluuiatilis: tota quippe Africa bona pars est Asiæ sub torrida zona.

ὀπινώτιον) propendentem super tergum, hoc est susceptum in tergum.

πέσεν ὑπὲρ ὦ) perelegans est ὑποτύπωσις, res ita quippe expressa verbis, vt cerni veluti in speculo videatur.

ἀλήσξς) Oratio perelegans, cuius exordium à minis est, & tota præter minas nihil est. Amplificat autem rem statim à loco.

παγκρατίῳ) Tria ponit Græcorum hic certamina, pancratium, luctam & cursum. De pancratio vide Aulum Gellium lib. 13. cap. 26.

ἔχει θεὸς) Habet Deus iustum oculum, quasi dicat, Deus iustis omnia videt oculis. γνώμη est, qua finit oratiunculam. λιχοπίναξ lingens tabulas, ἀπὸ τοῦ λείχειν τὰς πίνακας, quoniam lambit paropsides & quadras. Dellerschlecker.

δεινὸν δ' ἐξολόλυξε) grauiter vlulauit. Verbi δεινὸς varia vis & significatio est, nam potens, valens, efficax, grauis, terribilis & quicquid vehemens est, significat. ἐξολόλυξε vlulauit, in vtroq; verbo ὀνοματοποιΐα est.

καὶ τότε) Quod sub diluculum iubet conuocari concionem, indicat præceps consilium inauspicatum esse solere. vbi vero parumper res refrixerit, qua molestabamur, aptiores ad consultandum nos fieri. Vide adagium ἐν νυκτὶ βουλή: in nocte consilium.

πατρὸς δυσῃ.) Conuersio rhetorica ad ψυχαγωγίαν, quæ mouet πάθος à commiseratione.

ὦ φίλοι) His binis versiculis constat exordium. principio conciliat sibi auditores schemate rhetorico, scilicet translatione, cum ex priuata causa publicam facit. sicut M. Cicero in oratione pro Marcello. Et ne nude proponat, mouet πάθος.

εἰμὶ δ' ἐγὼ) Narrationem orditur ab effectu, tres filios perijsse,

perijſſe, & quam immaniter edocens.

ἀλλ' ἄγεθ') Hortatur ad vltricia arma, atq; ſtatim concludit. Ponit autem Futurum indicatiuum pro ſubiunctiuo, quo genere loquendi ſæpe vtitur.

ἠὴ τὰς) Deſcribitur apparatus belli admodum graphice. Hoc quippe agunt poëtæ, vt aliâs doceant, aliâs delectent, eoq; Horatius inquit: *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ.* Atq; iſte mos eſt Homero, variare ſemper amœniore aliquo loco ſuas deſcriptiones, ſiue narrationes, veluti in hoc apparatu bellico vel cœco appareat.

θωρήκας δ' εἶχον) thoraces calamis culmiſue connexos habebant. Significat enim Græcis στέφω non ſolum corono: ſed etiam conſuo, coniungo & connecto.

ἀσπὶς δ' ἣν) clypeus erat media pars vmbilicuſue λύχνου, lucernæ. Cæterum de lychno diſputat Athenæus in fine dipnoſophiſt.

ὡς ἐνόησαν) vt intellexerunt. Bella conſtant fama. Q. Curtij vox eſt. lib. 3. Vide prouerbium. Multa in bellis inania.

Βάτραχοι ἐξανέδυσαν) Concionem hic ranarum de bello muribus inferendo depingit.

πολέμοιο κακοῖο) belli mali gratia. Græci cum cauſſam ſignificant, ſæpe genitiuum ſine præpoſitione efferunt.

κήρυξ δ' ἐγλύθεν) Indicit bellum ranis Embaſichytrus ſumma autoritate, ſceptro regio ſymbolo ornatus, & ſubijcit cauſſam. Primus ſane apud Romanos bella indici voluit Tullus Hoſtilius per fecialem, qui dicebat: Audi Iupiter, audite fines, audiat fas. Sed certam bellum indicendi formulam ex primo T. Liuij libro pete.

τυρογλύφος) ἀπὸ τοῦ τύρου καὶ γλύφειν, ab excauendis caſeis, quaſi dicas, excauatoris caſeorum.

ἐμβασίχυτρος) quod ſoleat in ollas irrepere. ἐμβαίνειν enim Græcis eſt ingredi, vnde ἔμβασις. & χύτρα ollam ſignificat. ψιχάρπαγος & φυσιγνάθου etymologiam iam explicauimus.

ἀλλὰ

ἀλλὰ μάχεσθε) πάθος egregium, quo ad finem vsq; amplificatum istud argumentum est.

βατράχων ἀγερώχων) ranarum magnanimarum, aut superbarum & insolentium. ἀγέρωχος enim vocabulum est ambiguum, alias quippe superbum & petulantem, alias strenuum & magnanimum significat.

ὦ φίλοι) Physignathus primum se purgat, deinde ranis bellum cum muribus suscipiendum suadet magnifice. Vbi obseruabis, quam pulcre sit vsus extenuatione. Habes autem in Physignatho strenui, cauti & prudentis ducis exemplum, qui in dubijs suis & suorum rebus nihil est deiectiore animo, disciplinæ rei militaris nequaquam ignarus.

τοὶ γὰ ἐγὼν) τοὶ, nihil hic facit, quam quod numerum implet. Atq; ita deinceps Physignathus consilium cordatissime proponit, his verbis: σώματα κοσμήσαντες. Recte sane instruit. Eleganter enim loca capere, præsidia rite disponere (sicut de Pyrrho Liuius refert libro 5. belli Macedonici.) prima laus fuit in disciplina militari.

στήσομεν δ' θύμως) Promittit ranis trophæum victoriæ testimonium, quod publico in loco, aut eminentioribus iugis, hostibus in fugam conuersis, & exuuijs detractis in monumentum victoriæ statuebatur.

φύλλοις μὲν μαλαχῶν) Scite admodum ranarum arma describit. vbi obseruabis decorum esse pulcerr. conseruatũ, quoniam palustres herbæ ranarum armis summe conueniebant. κνήμη porro teste Aristotele, totum est illud, cuius partes sunt sura & tibia.

ζεὺς δ' θεὸς) postquam apparatum belli poëta descripsit, admiscet quandam παρέκβασιν, qua fingit Iouem heroica maiestate Deos cogere, & vim futuri prælij exponere.

οἵ θ' κενταύρων) Confert bellum ranarum & murium, cũ bello Centaurorum atque immanium Gigantum mirabili cum gratia & venustate. Fuerunt autem Centauri Thessali equites, qui omnium primi equos domasse, ex eisdemq; pugnasse

gnasse censentur, eoq; semiferi, ex homine & equo composita animalia dicuntur. Vide Palephatum non contemnendum apud Græcos μυθολόγον.

ὦ θύγατερ) Palladem ad auxilium muribus ferendum hortatur Iupiter. Pallas apud Homerum Iliados ε' Martem vocat ἔχθιστον θεῶν, hoc est inimicissimum Deorum. Color porro in Iouis oratione ad filiam est, & argumentum fictitium.

ὦ πάτερ) Respondet Pallas Ioui parenti, & negat se neq; muribus neq; ranis auxiliaturam. Idem cæteris quoq; dijs suadens, caussam adijcit disertam, quoniam iniurijs à muribus plurifariam sit affecta. Ranæ vero obstreperum animal insomnem fecerint, & capitis dolorem induxerint. ἔοργαν affecerunt poëticum ἐργάζω.

οἷον ἔρεξαν) οἷον abusus est pro articulo postpositiuo.

πέπλον μὺ) de peplo lege Pollucem.

πρᾶσθέ με τόκους) Exigit à me fœnus. Obserua πράπω pro exigo, & quod sicut Latini ablatiuo in hac constructione vtuntur: ita Græci accusatiuo.

ἀλλ' οὐδ' ὡς) Vt Græci pleonasmis subinde multis vtuntur: ita negationibus sæpe duabus pro vna, interdum etiam tribus: Latini contra duabus negationibus pro vna affirmatione.

ἀλλ' ἄγε πωποτω.) ἄγε pro ἄγετε posuit. quanquã soleant Græci iungere pluralibus sæpenumero singulare ἄγε. ὀξυόεντι pro ὄξει, auxesis poëtica.

εἰσὶ γὰρ ἀγχε.) Quasi diceret, tam instanter pugnant, vt non, etiam ipsis dijs interuenientibus dirimi queant.

πάντες δ' ἐραστόθεν) Oblectaturi se Dij ceu spectaculum non iniucundum de cœlo pugnam hanc cernunt.

κὰδδ' ἦλθον) Erant præcones belli feciales, culices tibicines horrendum tuba canentes. Reuertitur autem vnde digressus erat, ad descriptionem pugnæ. λιχήνως muris nomen, à lambendo viro.

καδδ' ἔπεσεν) Gestus sunt, quibus vbiq; Homerus descriptiones pugnarum variare solet. Alioqui paulo obscuriores essent futuræ. Itaq; diligenter obseruandum, qui à quo occupetur, à quo occidatur, & qua occasione. & futurum est, vt rem propius tanquam oculis subiectam cernas. πρωγλοδύτης cognominatus est quod ingrediatur rimas & foramina. πηλείων, à luto ac cœno nomen accepit. σευτλαῖος à porro betáue. ἐμβασίχυτρος dictus est quoniam in ollas irrepit. ἀρτοφάγος est panum vorator. ἀρτοφαγεῖν panibus vesci. πολύφωνος garrula quasi dicas, pluriuoca, loquacula. λιμνόχαρις lacu gaudens. κραμβοφάγος à brassicis siue caulibus deuorandis.

χορδῇσι λιπαρῇσι) chordis validis confossus ilijs. Sunt enim λαγόνες sub vmbilico, quæ tendunt ad vtrunq; latus. λιμνήσιος ἀπὸ τ λίμνης, à stagno: Stagnea, lacustris siue palustris. τυρόγλυφος caseorum excauator, ἀπὸ τ τύρου, id est caseo, & γλύφειν, quod est sculpere & excauare. Ita & περνόγλυφος, qui pernas excauat. καλαμίνθιος, à nepita fortassis herba, quæ à Græcis καλαμίνθη appellatur.

ἀσπίδα ῥίψας) abiecto clypeo. Demosthenem ob simile facinus ξιφάσπιδα vocarunt, quod parum fortis esset pugnando. Simile quiddam legitur in nebulis Aristophanis. βορβοροκοίτης, id est limo cubans, quod luto ac cœno iacere gaudeat. πρασοφάγος, ὁ πράσον φάγων porriuorax, aut comedo prasij. κνισοδιώκτης quod nidorem sectetur. πηλούσιος à luto nomen habet. Est autem pes hic peregrinus, duabus longis vna breui constans, ne quis putet esse dactylum.

πηλοβάτης δ') Iucunda in his & sequentibus est ὑποτύπωσις & color. δρὰξ pugnum & quicquid manu contineri potest significat. πηλοβάτης, quod per lutum ingrediatur. κραμφασίδης appellatus quod caulium speciem præferat colore. σιτοφάγος, quod cibos frumentaq; absumat. πρασσαῖος a colore dictus quasi porraceus, quod porri colorem imitetur. ἀρτεπίβουλος quod panibus insidietur. μεριδάρπαξ à rapiendis particulis.

ὦ τιτᾶνες

ὠ τιτᾶνας) Titan Saturnum bello adortus, eum cœpit. Iupiter patrem vindicauit victis prælio Titanibus. Enceladus autem Gigas Titani filius cum Ioue & Dijs prælians, à Ioue fulmine occisus est.
Aeneidos 3.

FINIS.

DE PHILIP. MELANCH. ANNOTATIVNCVLIS

Leonhartus Lycius.

Omnia qui magni facimus tua, docte Melanchthon:
Spernere quî tenues possumus hasce micas?
Quas restare tuis de cœnis scimus: Abeste
Vos saturi: tenuem nos iuuat esse cibum.

ANNO-

ANNOTATIONES HEINRICI STEPHANI.

ἀρχομ.) Cum πρῶτον nec cum ἀρχόμενος iungatur, nec cum χόρον; sed cum ἐπεύχομαι, placuit hypodiastolâs illud cingere.

ἀοιδῆς.) post ἀοιδῆς non contẽtus fui simplici hypodiastole, quia ὦ, quod sequitur, non puto esse relatiuum huius nominis, vt vulgo credunt, sed ita dicendum, εὐχόμενος βαλέσθαι εἰς οὔατα πᾶσι μερόπεσσι δῆριν ἀπφεσείλω, ὦ νέον &c. Quæ omnia vide lector, quam mala considerata sint, in ea etiam quæ nouissime edita est, interpretatione huius libelli. Ita enim ibi versus est hic locus. Incipiens primum Musarum cœtum ex Helicone venire in meum cor supplico gratia cantus, quem nuper in libellis meis super genua posui, litem immensam, tumultuosum opus Martis, supplicans hominibus in aures omnib. mittere, quomodo mures in ranas egregie pugnantes iuerunt. Vbi inter alia illud etiam inepte, supplicans mittere, pro cupiens vel optans.

ἀλλ' ὅπη λέκ.) Non video qui stare possit hic versus: quare non dubitem seruatis ijsdẽ verbis sed mutato ordine, ita legere: ἀλλ' ὅπη λέκτρον ἰὼν καταδάκνω δάκτυλον ἀκρόν. Hoc tamen facere in contextu ausus non sum.

χερμαδίῳ) In fragmento huius libelli inuenio hunc versum præfixum isti, φυτρᾶων δ' ἀρ ἔπεφνεν ἀμύμων ἐμβασίχυτρος.

λιχοπίναξ.) Ibidem pro λιχοπίναξ δ' ἔκτανεν ἀμύμονα βορβοροκοίτην, legitur, quod plane contrarium est. λιχοπίνακα δ' ἔπεφνεν ἀμύμων βορβοροκοίτης. Nam qui hic interfector, illic dicitur interfectus.

πρασοφάγ.) Pro πρασοφάγος δ' ἐσιδὼν, ibidem habetur πρασσᾶος δ' ἐσιδών. Et εἵλκυσε νεκρὸν ἐόντα pro εἵλκυσε κνισοδιώκτην. Illam autem lectionem sequendo de eodem hæc dicentur, cuius facta est in carmine præcedente mentio.

καὶ βάλε) Totus hic versus ita legitur ibidem. καὶ βάλε πρασσάιον μήπω γαίης ὄπιβαίτα. Certe cum πηλούσιον non videtur seruari posse versus mensura.

πηλοβάτης) Pro πηλοβάτης in eodem fragmento legitur κραμβοβάτης.

κείμενον) Rectus ita distinguemus, λίθον ὄβριμον ἄχθος ἀρούρης.

τῷ βάλε) Iterum hic κραμβοβάτῳ. Nam etiam necesse erat ad seruandam constantiam, Sicut paulo ante pro πηλοβάτης scriptum fuerant κραμβοβάτης, ita & hic scribi κραμβοβάτῳ pro πηλοβάτῳ, cum de vno eodemq; continuetur sermo. Ibidem autem pro πᾶσα δ' ἐκλάδη (quæ verba versum hunc claudunt) scriptum est πᾶσα δ' ἐάγη. sed α in ἐάγη potius corripi solet.

τύψε μέσῳ δ' αὖτ' κατὰ γαστέρα) Pro his verbis legitur ibidem τύψε δὲ οἱ μέσῳ κατὰ γαστέρα. Sed autem nostram lectionem retinendam censeo, aut hic mutandum οἱ in ἑ, vt sit τύψε δέ ἑ μέσῳ. Vbi producitur ἑ ope literæ μ sequentis, sicut in Homero passim hac vi præditam etiam videmus. In fine autem versus pro πᾶς δὲ οἱ εἵπω, legitur πᾶσα ᾗ εἵπω, videtur certe ferri posse vtraq; lectio, cum χοῖνος vtroq; genere vsurpetur.

ὀξύχοιν@) Ibidem pro ἔκχωτο legitur ἐκέχωτο.

σιτοφάγ@) Ibidem hoc nomen proprium mutatur (vt & antea quædam mutata vidimus) in πτωχοδύτης.

ἤλατο δ' ἐσ.) Pro τάφρον ibidem scriptum est τάφρους, quæ lectio mensuræ versus est accommodatior.

FINIS.

DE

DE FABVLARVM VSV.

Plato de rebuspub. lib. secundo.

ἐκεῖν οἶδα, ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον, ἄλλωστε καὶ νέῳ καὶ ἁπαλῷ ὁτῳοῦν. μάλιστα γὰρ δὴ τότε πλάττεται καὶ ἐνδύεται τύπος, ὃν αὖ τις βούληται ἐνσημήνασθαι ἑκάστῳ: κομιδῇ μὲν οὖν. ἆρ' οὖν ῥᾳδίως ἅτε παρήσομεν τοὺς ἀπιτυχόντας τοῦτο τῶν ἀπιτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν τοὺς παῖδας καὶ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς, ὡς ἁπιτοπολὺ ἐναντίας δόξας ἐκείναις, ἃς ἐπειδὰν τελεωθῶσιν ἔχειν οἰησόμεθα δεῖν αὐτούς; ἀλλ' ὁπωσιοῦν παρήσομεν. πρῶτον δὴ ἡμῖν ὡς ἔοικεν, ἁπισατητέον τοῖς μυθοποιοῖς, καὶ ὃν μὲν αὖ καλὸν μῦθον ποιήσωσιν, ἐγκριτέον. ὃν δ' αὖ μὴ, ἀποκριτέον. τοὺς δὴ ἐγκριθέντας πείσωμεν τάς τε τροφοὺς καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισὶ, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον, ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσὶν: ὧν δὴ νῦν λέγουσι τοὺς πολλοὺς ἐκβλητέον.

Aristot. lib. VII. polit. cap. XVII.

καὶ περὶ λόγων δὴ καὶ μύθων ποίους τινὰς ἀκούειν δεῖ τοὺς τηλικούτους, ἁπιμελὲς ἔστω τοῖς ἄρχουσιν, οὓς καλοῦσι παιδονόμους. πάντα γὰρ δεῖ τὰ τοιαῦτα προοδοποιεῖν πρὸς τὰς τοῦ ἤθους ἐπιτηδεύσεις. διὸ τὰς παιδιὰς εἶναι δεῖ τὰς πολλὰς μιμήσεις τῶν ὕστερον σπουδαζομένων.

Plutarch. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

ὥσπερ ὁμανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος, καὶ

διαδιδὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸ οἶνον, μαλακωτέραν ποιεῖ τὴν κατα-
φορὰν τοῖς πίνουσιν: ὕστω τὸς λόγους ἡ ποίησις ἐκ φιλοσο-
φίας ἀναλαμβάνουσα μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες, ἐλαφρὰν
καὶ προσφιλῆ παρέχει τοῖς νέοις τὴν μάθησιν.

Homeri

HOMERI BATRACHOMYOMACHIA, hoc est, ranarum & murium pugna: Simone Lemnio Interprete.

IN noua Pegaseo ductas Helicone sorores
Vota voco supplex, sacro & mihi monte dearum
Voce chorum precor incipiens, descendite Musæ,
Inq; meum faciles pectus modulamina cantus
Mittite. Namq; nouos deducere carmine versus
Ordiar, inq; genu positam exercere camœnam.
Arma canam & pugnas sæuas, ac plena tumultu
Martis opus diri stridens horrentia bella,
Fert animus ardens cunctis demittere ad aures.
Hinc canere incipiam, vt mures præstantibus armis
Ante alios lecti dura concurrere pugna
Sint ausi quondam, ranasq; inuadere bello,
Et quibus impetibus ruerint in prælia tanta,
Phlegræis campis imitati bella Gigantum
Edita terrigenûm, ceu quondam fama per oras
Inter mortales fuerat. quæ caussa tumultus,
Horrendiq; feram repetens exordia Martis.
Mus quondam sitiens odiosa pericula felis
Fugerat, atq; sitim rabido collegerat æstu.
Vtq; lacus liquidos, & stagna propinqua per arua
Contigit infelix, teneramq; in littore barbam
Deponens hilaris dulcem oblectatus ad vndam,

Fessus arenosi laticem bibit ore liquoris,
Conspicit hunc ingens, quam candida fama ferebat,
Quæq; lacus iuxta degebat læta palustres,
Limnocharis, reflui clarissima gloria stagni,
Rana loquax vndis. tum sic ad littora fatur:
Huc ades ô hospes, quis es? vnde ad curua paludis
Littora venisti? qui te genuere parentes
Tam clarum? mihiq; hæc edissere vera roganti,
Ne te mendacem vanæq; hic vocis amantem
Percipiam. si tu fueris quoq; forsan amore
Dignus amicitiæ, te ducam in tecta benigne,
Hospitijq; feram tibi plurima munera nostri.
Sum rex Physignathus, qui stagna vndantia circum,
Perq; lacus regno, liquidis cultissimus vndis,
Qui tumidus malis sonitu perterreo lymphas.
Dux ego ranarum semper feror esse, palustres
Inter aquas celebris, quem quondam littore Peleus
Hydromedusa tibi mater generauit ad altas
Eridani ripas dulci commixtus amore.
Vndarum genetrix floret regina per arua.
Te quoq; sceptrigerum regem, pugnæq; superbum
Bellatorem armis præstanti corpore celsum,
Ante alios fortem video. genus ergo recense
Voce tuum clara. breuiter respondit & ore
Pscharpax infit: Nostrum super æthera notum,
Quid genus inquiris, cunctis mortalibus vnum
Et clarum superis auibusq; volantibus alto
Aërijs cælo? Pscharpax nomine dicor,
Magnanimoq; satus quondam Troxarte parente.
Est mihi Lichomyle mater, de rege creata

Pter-

Pternotrocte olim celebri. me fudit in agro
Sub tuguri tecto, & teneris nutriuit ab annis.
Illa nuces virides, ficusq; sub arbore dulces
Ore legens, varias escas referebat ab aruis.
Quid tibi me socium iunges non æqua petentem?
Dissimilem natura facit. tibi vita sub vndis:
At mihi consuetum facilem conquirere victum
Et quascunq; licet raptas mortalibus escas
Conuehere. At panis Cereris ter fruge subactus
Ter quoq; pistus aqua non me latet, inq; canistris
Lecta Ceres esca non me fugit vlla rotundis,
Nec sisamida ferens crebram prælata placenta.
Nec liquidæ pernæ pinguentia frusta, nec albis
Cum tunicis iecora, aut nuper dulcedine lactis
Caseus expressus niuei, aut melitomata grata,
Melleq; confectas escas, quascunq; deorum
Exoptant turbæ: nec, quis conuiuia mensis
Lauta coqui ornantes ollas atq; ignis ahena
Delicijs varijs humentia fercula ponunt.
Quin tristem nunquam clamorem marte refugi,
Sed subito in pugnas, iuiq; in prælia dura
Propugnatores inter, martemq; cruentum.
Et quamuis ferret magno gestamine corpus,
Mortalem haud timui. verum audax ipse cubile
Sæpius accessi propius, digitumq; momordi
Extremum, atq; pedem cepi recubantis in vmbra.
Nec tamen ipse dolor sopitos occupat artus,
Nec dulcis morsu requies somnusue recessit.
Ast duo per cunctas metuenda pericula terras
Orbis ego paueo trepidans immaniter, alas

Acci-

Accipitris, campis extenſus aëre lapſi:
Atq; pedes vncos, & ſæuæ guttura felis,
Qui mihi ſæpe feros luctus & damna tulere.
Hinc laqueos triſtes metuo, fraudesq; latentes,
Muſcipulamq; leuem, gemitum & ſuſpiria dira
Ducentes ſecum. ſæpe hic crudelia fata,
Sæpe doli mortis latuerunt, machina ſæua
Sæpe fuit letho. inprimis tamen horreo felem,
Strenua quæ dubio per curua foramina greſſu
Intrantem quærit, ſcrutans anguſta per antra.
Non edo, ſi neſcis, raphanos, caulesq; virentes,
Braſſica nulla mihi, non vlla cucurbita dulcis.
Non viridi beta, apijs non paſcor ab hortis
Ereptis, vobis ſunt hæc per ſtagna, lacusq;
Gratæ epulæ. tum ſic ridens Phyſignathus inſit:
Multa quidem ô hoſpes faris de ventre ſuperbe,
Quo te plus æquo iactas, & littore noſtro,
Et mediocris aquæ lacubus, ſtagnisq; recuruis:
Multa quoq; & terra creſcunt, mirabile viſu.
Namq; Deus ranis vitam per ſtagna creauit,
Et dedit eſſe in aquis, æuumq; agitare ſub vndis,
Perq; ſolum pariter. terraq; vndaq; liquenti
Paſcimur, hanc nobis conceſſit Iuppiter altus.
Vita eadem terris, atq; vndis abdere corpus,
Et ſaltare ſolo viridi. iuuat eſſe ſub vndis,
Et modo tota caua ſubmergere membra palude,
Nunc proferre caput, ſummo modo gurgite nare,
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere, ſæpe
In gelidos reſilire lacus, limoq; latere.
Si cupis, hæc cernes, licet hæc didiciſſe volenti,

Et datur

Et datur & fas est. tergo te rana patenti
Sublatam excipiam, tuq; hærens corpore toto
Te teneas, lætusq; intrabis tecta petita,
Atq; casas nostras. sic dicens rana resultat,
Et nunc colludit, viridiq; exultat in herba
Nunc latus in fuluis maculosum ponit arenis,
Paulatimq; metu demto, modo tergora præbet
Insiliendа illi. Mus hic considere dorso,
Nescius heu fati pelago, sortisq; futuræ,
Et iam Physignathus salienti terga repanda
Exhibuit muri, seq; iniicit ille, manusq;
Implicat hærendo tenera ceruice natantis.
Ac primo liquidis mus oblectatur in vndis,
Donec vicinos aspexit littore portus,
Physignatho gelidas lætatur nante per vndas.
Tum rana à terra, siccoq; à littore sensim
Tarda pedum primo vestigia ponit in vndis.
Inde abit vlterius, mediæq; per alta paludis
Aequora fert prædam & tacitis subremigat vndis.
Mus pauet ablatus, littusq; pauore relictum
Respicit, & dextra collum tenet, altera dorso.
Imposita est, spumis ceruice pependit aquarum.
Iamq; procul stagno fluitabat pondere rana,
Purpureisq; lacus submergi cœpit in vndis
Impositus tergo, sinuantur flamine crines,
Illacrimansq; vadis flebat. tum deniq; frrustra
Pœnituit facti, multum se incusat. & aspras
Corpore vellebat setas, & crura recurua,
Atq; pedes stringens distendit ventre per vndas,
Palpitat exhorrens tremebundus pectora morte,

Hauris

Haurit corda metus præsenti morte recussa.
In terramq; oculos frustra vertebat, & vsq;
Aspiciebat humum, ducens suspiria mœsta.
Ingemuit tristis gelida formidine pressus,
Pectora turbatus. tum protinus intima frigus
Ossa receperunt, buxoq; simillimus ora
Pallor obit, lacrymisq; genæ maduere profusis.
Ac primum caudam medijs extendit in vndis
Pone aptans, veluti remus lentatur in vnda,
Multa deos supplex orans ad littora ferri,
Atq; subire piam terram, sedesq; parentum,
Atq; optabat humum patriæ tetigisse virentem.
Iam quoq; purpurea submergebatur in vnda,
Clamores simul horrendos ad sidera tollit.
Ter conatus erat, ter fletibus ora rigauit,
Singultuq; snas interrumpente querelas
Tunc tales voces miserabilis edidit ore:
Non sic quondam humeris portauit taurus amoris
Nobile pondus aquis, liquidas cum ducta per vndas
Virgo Europa fuit, Dictæaq; rura sequuta est,
Quando illam taurus Cretæas vexit in oras
Per medios fluctus: ceu me quoq; rana coaxans
Ad sua tecta humeris gestat, dum remigat æquor,
Et viride extollit cana sibi corpus in vnda.
Ecce improuisus crudelibus orbibus anguis
Horrenda, apparens liquido, spectacula, fluctu
Vtrisq; emicuit capite, & ceruicibus altis
Eminet, atq; inter fluctus arrecta strepentes
Exuperant vndas resonantis pectora stagni.
Quo viso, celeres subijt Physignathus vndas,

Nil meditans ſecum, qualem deſereret altis
Heu ſocium lacubus, ſe immerſerat ergo profundos
In ſtagni fluxus, deſerto pondere rana,
Parcarum euaſitq; nigrantia fila ſororum.
Aſt ille infelix cecidit reſupinus in vndam
Deſertus medio fluctu, moriensq; gemebat
Stridenti ſonitu, & ſtringebat vortice palmas.
Sæpe ſubibat aquas verſus, & ſæpe remergens
Calcitrat: at nullo poterat conamine fatum
Euitare miſer. madefactæ gurgite ſetæ,
Pondere merguntur nimio, corpusq; trahebant.
Tum moriens vndis tales è pectore voces
Edidit: Haud diuos falles pro talibus auſis,
Ipſe lues dignas quondam Phyſignathe pœnas,
Dum tibi deijcior celſo de corpore in vndas,
Naufragus, vt præceps ſpecula defertur ab alta.
Nec me tu melior ſuperaſſes perfide terra
Pancratio, & lucta forti, curſuq; per arua:
Sed me fruſtratus merſiſti ſæuus in vndas
Sed Deus vltor erit, vltricia numina diuum,
Vltrices oculos geſtant quoq; numina cæli.
En de te, neq; enim effugies, exercitus omnis
Muribus infeſtis pœnam cum ſanguine ſumet.
Hæc ſic vociferans, media expirauit in vnda.
Mollibus in ripis reſidens, hunc vidit amarus
Lichopinax procul hinc lamentans littore toto,
Hic vlulauit iners, ploratu ſtagna reſultant.
Tum ſubito curſu tam triſtia nuncia defert
Muribus allatus. poſtquam crudelia fata
Percepere ducis, grauis ira imuaſerat omnes.

Exar-

Exarsere æstu cuncti. placet ire sub ortum
Auroræ roseum legatos vndiq; campis,
Concilium magnum regis, primosq; suorum
Imperio accitos alta intra limina cogant,
Troxartæ liquida patris infelicis in vnda
Extincti nuper nati Pscharpagos alti,
Qui per stagna natans resupinus flebile corpus
Voluebatur aquis, lacubusq; exangue cadauer:
Nec iuxta ripas, medio sed in æquore nabat,
Tethyos vndiuago cum se fert gurgite Titan.
Vix Aurora suo rubefecerat æthera curru,
Olli conuenere, fluuntq; ad regia plenis
Tecta vijs. sedet in medijs & maximus æuo
Et primus sceptris haud læta fronte, resurgens
Troxartes, ob cædem irarum fluctuat æstu
Crudelem nati, & solio rex insit ab alto:
O socij, quanquam solus tot adire labores
Sustinui infelix, sæuis discrimina ranis
Sola mihi semper metuenda, & fata per vndas:
Attamen est cunctis sors hæc communis Erynnis
Muribus, atq; bonis ranæ communibus obstant.
Præcipue ipse miser, qui lecti pignora chara
Heu ternos natos amisi germina gentis.
Primum, equidem horresco, crudeli funere felis
Mersit acerba lues, generiq; inuisa parentum,
Quem raptum longè extra incurua foramina traxit.
Deinde alium sæui sub tristia fata tulere
Fraude viri cæca, scelerisq; inuenta dolosi
Machina crudelis ligno contexta per artem,
Muscipulamq; vocant, laqueosq; inimica per arua,

Muribus

Muribus vna lues cunctis, communis Erinnys
Perniciesq; furit. iam nuper tertia proles
Quam mihi Physignathus ducens in gurgitis vndas
Extinxit nuper, per stagna loquacia rana,
Heu dilecta mihi & celebratæ nomine matri,
Hei mihi Pscharpax iacet ingens æquore funus.
Quare agite ô socij, nunc bello armemur in ipsas
Egressi ranas castris, præstantibus armis
Induti corpus variè. sic dixit, & arma
Sumere persuasit cunctos. Mars horridus ære
Concitat in pugnas, diri cura impia belli.
Ac primum leues ocreas circa hispida crura
Deduxere fabis. siliquisq; virentibus agro,
Quas fregêre aruis lentas, atq; arte pararunt
Arma, fabas sera campis sub nocte vorantes,
Astiterant acies. calamis thoracas ab aruis
Euulsis, corioq; obductos vndiq; denso
Feli direpto, quam mures nuper acerbi
Excoriare. cutis summos diuulsa per artus,
Nec quicquam nisi vulnus erat, cruor vndiq; manat.
Hac sibi thoracas reparant. clypeusq; lucernæ
Pars erat interior mediæ. Sed lancea longæ
Aeris acus fuerant Marti ferrata tricuspis,
Atq; opus æratum. galea est caua tempora circum
Testa nucis, capitum sic tegmina tuta gerebant,
Taliter armati mures sic castra tenebant.
Hæc vt fama venit narrans, tunc vndiq; ranæ
Vndis egressæ pariter densantur in vnum
Marte locum celeres. belli de rebus atrocis
Concilium cogunt, varijs sententia dictis.

Dum quæ ſeditio quærunt, quæ cauſſa tumultus,
Cur hæc in ſeſe poſcant certamina mures:
Ecce ſuper velox caſtris præmiſſus ab hoſte
Iam legatus adeſt, qui dextra ſceptra gerebat,
Embaſichytrus atrox, ſuetus conſcendere ahena.
Tyroglypho quondam forti genitore creatus,
Cui ſolita eſt ſemper preſſi bene copia lactis
Dente cauari atro, & villaris caſeus antris.
Tum belli referens famam, pugnæq; ferocis
Incipit: O ranæ, nos huc in caſtra minantes
Iuſſerunt mures vobis indicere bellum
Agmine præmiſſos: vt vos in prælia dura
In pugnasq; feras ornetis tela ferentes.
Nam videre ſuum fluctu Pſicharpaga raptum,
Extinctumq; vndis, quem iam rex veſter in æquor
Ranarum merſit, mediiſq; occidit in vndis
Acer Phyſignathus, cui buccas Iuppiter ambas
Inflauit tumidas. Nunc bella capeſſite ranæ,
Si qua animo virtus: exite in prælia fortes.
Si qua tenet generis celebris fiducia veſtri.
Sic ait, & ſubito ranarum euanuit ore.
Vtq; ſonus triſtis ranarum contigit aures,
Verbaq; legati turbarunt corda ſuperbæ
Stagnorum genti, multum incuſantibus ipſum
Vndiuagis regem ranis. flagrante tumultu,
Phyſignathus ſurgens prorupit pectore vocem:
O ſociæ ranæ, non merſi funere murem,
Occidi ue lacu, aut morientem littore vidi:
Sponte extinctus aquis perijt, dum ludit ad vndas
Circa ſtagna iocos imitatus membra, natatus

Edens ranarum liquidos, curritq; per vndas.
Insontem nunc me accusant, & crimine damnant
Crudeles mures. Quare vos hortor ad arma.
Consulite in medium, bellumq; inuadite ranæ,
Vt diros mures perdamus fortiter armis.
Namq; effabor ego mihi quæ sententia constat,
Quidue animo sedit, seu quid magis omnibus vnum
Vtile, munitæ stemus splendentibus armis
Et ferro accinctæ cingamus littora cunctæ,
Atq; lacus iuxta summas, in cespite, ripas
Armis instructæ sistamus signa feroces,
Qua præceps locus exurgit, viridansq; crepido,
Vt cum præcipites veniunt, magnisq; feruntur
In nos impetibus, galeasq; apprendere dextris,
Atq; iubas subito conantur in agmine mures,
Hic quicunq; suis contra contenderit armis,
Ipsos turbemus liquidas in gurgitis vndas,
Inq; lacus gelidos armatos vndiq; ripis
Cum ferro pariter mergamus in alta paludis
Aequora spumiferæ. sic cunctos deniq; cano
Ignaros nandi mures extinguere fluctu
Possumus, & vitam medijs auferre sub vndis.
Tum subito campis figemus læta trophæa,
Muribus occisis ingenti strage per arua.
Sic ait, & cunctas lucentibus induit armis.
Maluarum folijs densissima crura tegebant.
At beta latos viridi thoracas habebant,
Et densis caulis folia arctant vndiq; scutis.
Progq; hasta fuerat prælongus acumine iuncus.
Pro galeis tenues cochleæ capita alta tegebant,

Tegmina tuta ſibi. ſic armis marteq; ſtructæ
Ornantes varijs viridantia corpora telis,
Altis conſtiterant ripis, haſtasq; vibrabant,
Exultantq; animis ranæ. cum Iuppiter altus
In cœlum aſtriferum diuos vocat, agmina denſa,
Bellaq; multa ſolo per littora curua paludis,
Et bellatores præſtanti corpore campis,
Innumerosq; armis haſtilia longa ferentes
Cœlicolûm oſtendit turbæ, & certamina ſæua,
Qualis centauris ingens exercitus olim,
Anguipedumq; acies quondam phlegræa Gigantum
Ibat ouans agro varijs exercitus armis,
Tum ſuaui quærit riſu: Socia agmina ranis
Quis Deus adiunget, quiſue auxiliator in arma
Deſcendet, ſiue auxilium iam muribus aruo
Afferet? ac natam compellat Pallada dictis:
Muribus ecquid opem latura es candida nata,
Accedens pugnas? ſaliunt per tecta proterui,
Et delubra tibi circum, ſemperq; iocantur,
Se oblectantq; cibo, ſacro & nidoris odore.
Sic Cronides dixit. dictisq; ingreſſa Minerua:
O pater, haud vnquam ſceleratis muribus ibo
Subſidio, quanquam ranis vexantur aquoſis.
Namq; mihi toties nunc illuſere feroces,
Et veluti peſtes variæ mihi damna dederunt.
Hei mihi, florigeras quoq; deſtruxere coronas
Ornatuſq; meos, oleumq; & lampadas ignis
Læſerunt triſtes, & quæ me cura remordet
Præcipue, atq; ira vexat præcordia ſæua,
Et ſcelus hoc auſi, peplum roſere rigentem,

Quem

Quem quondam texens percurri pectine, tramam
Insertans tenuem, tenui quoq; stamine neui.
Inserui multum radijs subtegmen acutis,
Brachia docta mouens, studio fallente laborem.
Hoc mihi pallentes fecêre foramina mures.
Nunc vrget sarctor, qui fœnora poscit auarus.
Hac caussa indignor, neq; enim quod reddere possim
Iam superest, siquidem subtexens mutuo cœpi.
Nec gelidis etiam tamen hinc ô Iuppiter ibo
Subsidio ranis. quid inertia corda sub vndis
Ranarum curem? nulla est constantia mentis.
Vix lacus est tanti, totoq; in littore ranæ.
Me quoq; defessam redeuntem littora circum
E bello & requie dudum somnoq; carentem,
Cum dulci cuperem corpus laxare sopore,
Clamosæ insanos tenebris mouêre tumultus,
Vt non exiguo vel claudere lumina somno
Me sinerent strepitu. insomnis ego nocte iacebam
Aegra caput flexum: donec cristata volucris
Emittens vocem cecinit sub culmine gallus.
Ergo age suppetias istis venisse negemus,
Nec ferat vllus opem tali sub marte deorum,
Ne quis vt hic vestrûm violetur acumine teli,
Et capiat vulnus. nam pugnant cominus armis:
Vel si animis contra se ferret turba deorum,
Pugnaretue Deus, ferroq; & cuspide longa.
Sed potius liquido spectemus prælia cœlo,
Atq; oculos tanta pascamus in æthere pugna,
Oblectati animis. dicenti talia parent.
Conuenêre loco cuncti simul aëre diui

Inq; vnam ſedem properabant agmine denſo:
Tum duo præcones, belli quoq; ſigna ferebant,
Accedunt, rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Hicq; tubas magnas culices clangore tenentes
Inſonuere feræ pugnæ, belliq; tumultus
Exorſi ſtrepitum. hinc horrenda tonitrua martis
Demittens natus Saturni clarus Olympo,
Signa dedit. primus turmas inuaſit agreſtes
Hypſiboas, veniens Lechenora vulnerat haſta, &
Horrendum clamans, per ventrem traïcit altum,
Aere iecur gelido, dum ſtaret in agmine primo
Propugnatores inter, qui lingere caudam
Aſſuetus fuerat, pronus cadit ore, remordens
Cæſus humum, & teneros fœdans in puluere crines.
Poſt hunc Troglodytes iaculatur ab agmine telo
Peleona ferum, traiecto pectore fixa eſt
Fraxinus, aſt illum mors occupat atra cadentem,
Atq; animam tenues fugientem fudit in auras.
At Seutlæus atrox tranſacto corde peremit
Embaſichytron aquas iuxta, ceu littore truncum.
Artophagusq; Polyphonum trans ilia fixit.
Ille cadit præceps, animusq; volauit in auras
Diſcretus membris. morientem vt vidit in aruo
Limnocharis ſocium, quæ ſueuit gaudia circa
Stagna lacus ſaltu tenui captare ſub vmbra,
Troglodyten ſaxo præcurrens alta molari
Occupat, & media vulnus ceruice cruentum
Fecit. at huic tenebræ clauſerunt lumina nocte.
Protinus obſeruans ſplendenti immanior haſta
Lechenor bello pugnax, & lingere caudam

Impa-

Impauidus, fauceſq; atras euadere felis
Occurrit, telogq; iecur tranſuerberat acri,
Nec iaculo errauit. quo viſo, ſaltat ab altis
Crambophagus ripis, fugiens in ſtagna profunda,
Nec tamen euaſit: namq; illum fixit in vndis.
Concidit infelix, nec reſpirare dabatur.
Atq; lacus tincti rutilante cruore fluebant.
Illeq; porrectus iacuit ſub littore curuo,
Sanguine venarum motu ſaliente per artus,
Incita pulſabat gelidus cruor ilia fluxu.
Tyrogliphon ripis ſpoliat Limneſius altis.
Pternoglyphumq; videns Calaminthius horruit ingens,
Inq; lacum ſalijt fugiens inglorius armis
Proiecto clypeo, & ſe condidit ipſe palude.
Sed tamen Hydrocharis regem confecit atrocem
Pternophagum melior, coniecto pondere ſaxi
Sinciput in medium: cerebrum ſtillabat ab altis
Naribus, & rubeo tingebat ſanguine terram.
Armis egregium deiecit Borborocæten
Lichopinax haſta ſurgens, caligoq; denſa
Morte oculos texit. pede traxit Cniſſodioctem
Praſſophagus viſum, collogq; inſiſtit, & hæret
Inq; lacu extinxit pulſa ceruice paluſtri.
Pſicharpax ſocios vltus ſub marte caducos,
Peluſium ferijt tumidi trans ilia ventris:
Haſta iecur ſixum penetrauit. at ille cruentus
Ante oculos cecidit, petijtq; Acherontis arenas
Spiritus infernas. quo viſo iecit in ipſum
Cœnum Pelobates tepidum, limoq; maniplum
Exceptum liquido, frontemq; perunxit ouantis,

Ac ferme excæcans ſpoliauit lumine murem.
Aſt ille iratus ſaxum circumſpicit ingens,
Saxum antiquum ingens, campo quod forte iacebat,
Pondus agri culti, ſpacium per inane recuruum,
Ille manu raptum valida torquebat in hoſtem,
Pelobatenq; genu ſubter percuſſit euntem.
Totaq; crura labant, infractaq; tibia dextra.
Corruit ille cadens reſupinus puluere in alto.
Craugaſides vltor vibrans contendit in illum,
Per medium ferijt ventrem, traiectus acutus
Iuncus ei totus penetrauit ad intima telo,
Iliaq; in terram cecidерunt cuncta refuſa,
Atq; manus iuxta cruor eſt haſtile ſequutus.
Vt videt horreſcens in ripa fluminis alta
Sitophagus, claudo diſcedit ab agmine greſſu.
Namq; pauore metus trepidat, belloq; recedit,
In foſſam corpus ſaltu demiſit aquoſam,
Interitum fugiens & triſtia fata per vndas.
Hinc quoq; Phyſignathum Troxartes impulit audax,
Perq; pedem ſummum ferijt, quo vulnere tardus,
Infirmuſq; labans ſubito de margine ſaltat,
Inq; lacus fugiens reflua ſe condidit vnda.
Quem poſtquam vidit nondum hic occumbere telo,
Semianimemq; diu, poſtquam prolapſus adhæſit
In ripa ſtagni, curſuq; & viribus acris
Irruit, atq; neci rurſus demittere tentat.
Aſt vt ſeminecem liquidas Praſſæus ad vndas
Vidit proiectum, currens per tela, per hoſtes,
Propugnatoreſq; inter martisq; tumultus
Aduolat, ac rapido curſu media agmina rupit,

Ingꝫ illum iuncum fortis iaculatur acutum.
At non infelix clypeum transuerberat hasta,
Verum acie affixa est, summoqꝫ umbone pependit.
Ecce inter mures iuuenis præclarus arena
Exuperans alios animis, bellogꝫ superbus,
Qui validis acie pugnabat cominus armis
Artepibuli acris proles præstantis, & ipse
Dux populi fama clarus, terrorgꝫ per oras
Aequiparans martem Meridarpax, inclytus agmen
Ducebat, iuuenes inter pugnare peritus
Solus erat, longe princeps fortissimus armis.
Constitit ille lacus iuxta, & liquidissima stagna
Ante alios longe tumidus, pugnagꝫ superbus,
Exultans animis iactabat voce tremendus
Se bellatrices ranas, genus omne natantum
Depopulaturum hic, ranarum funere sæuo
Ac deleturum cunctos à stirpe nepotes.
Fecissetgꝫ equidem, quoniam præstabat in armis,
Viribus immanis spirans iam robora martis:
Ni rex vidisset procul hæc hominumqꝫ deûmqꝫ
Sub toto miserans perituras littore ranas.
Ergo caput quassans tali est tum voce locutus:
O Dij, quam facinus magnum & mirabile dictu
Martis opus video. Meridarpax margine stagni,
Atgꝫ lacus iuxta stupefecit pectora nostra.
Nec mediocre mihi perculsit corda trementi.
Insultans alacris se iactat littore toto,
Missurum letho ranas. ast Pallada fortem,
Et Martem indomitum, belligꝫ per arma tumultu
Pugnacem, cœlo subito mittemus ab alto,

Vt sæ-

Vt ſæuum à pugnæ Meridarpaga cæde cruenta
Arcere incipiant bellog; tenere furentem.
Sic ait. ingreditur dictis Mars altus, & inſit:
Iuppiter ô Cronides, ſummi regnator olympi,
Non Pallas poterit, non vlla potentia Martis
Heu ranis mortem, & ſæuam depellere peſtem.
Sed potius cuncti veniamus fortiter armis
Suppetias ranis: aut tela Typhoëa flammis
Magna moue cœlo, quæ quondam ſæua Gigantes
Dèmiſere neci, crudeli fortiter igni
Horrida tela tua, quîs & Titanas ad vmbras
Pallentes Erebi miſiſti morte peremptos,
Quondam præſtantes alijs, animog; ſuperbos:
Enceladumq; ferum vinxiſti & dira Gigantum
Agmina agreſte genus media inter prælia fortis
Terrigenas letho ſtrauiſti. Marte loquente
Iuppiter emittens ardentia fulmina torquet.
Intonuit primò, & magnum tremefecit olympum.
Terribili hinc flamma fulmen Iouis ægida quaſſans
Miſit humum, voluendo vndamq; polumq; profundum.
Flammaq; miſſa volat dextra iaculantis in auras
Regis, & hic cunctos pugnantes littore mures
Terruit, & ranas perculſas vndiq; caſtris
Detorquens fulmen. Sed non exercitus omnis
Ceſſauit bello, mureſq; potenter arenis
Iam magis inſtabant populantes agmina telis
Pugnaces ranas hoc debellare ſub aruo,
Et genus omne armis delere à ſtirpe nepotum:
Ni pater ex alto foret hic miſeratus olympo
Deiectas ranas. nam miſit ab æquore victis

Auxiliatores ſtagni denſa agmina cancros.
Improuiſus adeſt ranis exercitus ingens,
Incudes omnes geſtabant, terga frementes
Incuruis chelis, obliqui inceſſibus, atq;
Intorti pedites, quos oſtrea pellis obibat,
Forcipibus curuis circa ora ferocia tuti.
Oſſea membra illis, illis eſt oſſea paſſim
Natura. aſt humeri rutilant, ſed terga pateſcunt,
Ingreſſu manci, tranſuerſaq; crura mouentes
Obliſis ſuris, ſæuiq; in pectore vultus,
Eque humeris cernunt diri, neruoſaq; tendunt
Membra, feri paſſim, cruſtataq; tergora geſtant,
Atq; manus neruis duras, greſſusq; mouentes
Octonis pedibus, bina & capita, ore minantes,
Turpiter & manci, cancros dixere. Ruentes
Atergo caudas ſcindebant ore minaci,
Muribus inſtantes, dextrasq; pedeſq; tenebant,
Haſtæ incuruantur. Trepidi tunc vndiq; mures
Horruerant, clauſi. nec iam amplius arma tenentes
Terga dabant retro turpes, trepidiq; ſalutis,
Inq; fugam verſi celerabant littore toto.
Cum ſol occiduas currus mergebat in vndas,
Quæq; die tota durarant prælia Martis,
Clade ſub hac ripas fuerant exhauſta per altas.
Hæc finis fuerat fatorum, hic exitus ingens.

In Officina Erneſti Vœgelini
Conſtantienſis.

Fg 3756 a

(x 2206631)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187669-p0100-2

BATPAXOMYO-
MAXIA,
Cuius
I
HOMERI POË-
A FESTIVVM ET
ELEGANS DE RANARVM
CVM MVRIBVS PVGNA,
A
EONHARTO LYCIO
VPER EMENDATIVS EDITVM,
ET ANNOTATIONIBVS ILLVSTRA-
tum, nunc ab eodem recognitum, &
perpurgatum.

CCESSERVNT PHILIPPI ME-
lanchthonis & Heinrici Stephani annotatio-
nes quædam,

ET

MÔNIS LEMNII CONVERSIO
VERSIBVS HEROICIS
expressa.

3387

LIPSIAE

CVM PRIVILEGIO
CAESAREO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187669-p0101-7